LIBRI

QUI

POENITENTIAE ADHORTATIONES

QUIBUS DUCAMUR IN 道場 CLEMENTIÂ AUCTORE, INSCRIBITUR

VOLUMEN PRIMUM

IN LINGUAM LATINAM CONVERSUM ET COMMENTARIO INSTRUCTUM

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS IN ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

DIE XXI M. MARTII A. MDCCCLXXXXV

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

ALFREDUS FRANZ

SAXO

ADVERSARII ERUNT

AUGUST GRAMATZKY, DR. PHIL. **YUKIO YAMAKAWA,** CAND. PHIL.
KUBO, CAND. PHIL.

VINDOBONAE

TYPIS EXPRESSIT ADOLPHUS HOLZHAUSEN

1895.

LIBRI

QUI

POENITENTIAE ADHORTATIONES

QUIBUS DUCAMUR IN 道場 CLEMENTIÂ AUCTORE INSCRIBITUR

VOLUMEN PRIMUM

IN LINGUAM LATINAM CONVERSUM ET COMMENTARIO INSTRUCTUM

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS IN ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

DIE XXI M. MARTII A. MDCCCLXXXXV

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

ALFREDUS FRANZ

SAXO

ADVERSARII ERUNT

AUGUST GRAMATZKY, DR. PHIL. YUKIO YAMAKAWA, CAND. PHIL.
KUBO, CAND. PHIL.

VINDOBONAE

TYPIS EXPRESSIT ADOLPHUS HOLZHAUSEN

1895.

PROLEGOMENA.

Quamvis mihi non ineptum esse videretur, si hujus libri primi voluminis sententiarum ordo paucis quidem verbis explicaretur, quod si fieret, facile intellegeretur, sententiarum ordinem esse talem, qualis generis scribendi proprius scriptorum, qui quidem Asiae terrae sint incolae, a philosophis nostris circuli vitiosi duabus vocibus significari soleat, tamen, ne longior sim, ne paucis quidem verbis illum explicabo. Quod vero attinet ad genus scribendi nomina cum alia tum sanscrita, quo utar, pauca quidem exponam. Sanscritorum enim nominum casuum obliquorum, qui quidem inveniantur in opusculo meo, literae extremae eaedem sunt, quae sint casuum obliquorum nominum illorum latinorum, quorum quidem nominativorum casuum extremae literae eaedem sint atque literae extremae sanscritorum illorum nominum aut nominativorum casuum aut illorum primitivorum vocabulorum, quae sint nomina ipsa. Genus scribendi autem cum alia tum sanscrita nomina, quo utar, idem est, quo utatur scriptor unusquisque ipse unoquoque ipso loco, quo unumquodque nomen ipsum ab illo commemoratum a me ipso commemoretur.

慈悲道場懺法

Exordium est primo de inscriptione, quâ inscribendus sit hic liber.

Liber, de quo agitur, relatus est in librum, qui inscribitur: « A catalogue of the chinese translation of the buddhist Tripiṭaka by Bunyiu Nanjio », numero millesimus quingentesimus nonus, quo loco inscriptio libri translata est hoc modo: Rules for confession in the religious place of the merciful and compassionate one, or in the temple of Buddha. Ego autem his verbis « in the religious place » « or in the temple of Buddha » vim sinicarum vocum non esse redditam, sed fieri non posse existimo, quin vis pluribus verbis explicatur, esse reddendam hoc fere modo, quo inscribatur liber: Poenitentiae adhortationes, quibus ducamur in 道場 clementiâ auctore sive clementis Avalôkitês 'varae Bôdhisattvae vel Mâitrêyae auxilio. Pro argumentis sumo haec omnia: Voce 道場 (the altar of intelligence) enim, ut est in Eiteli Handbook for the student of chinese buddhism, reddita est vox sanscrita bôdhimaṇḍa = the terrace surrounding the bôddhidruma, under which S'âkyamuni sat when he became Buddha, i. e. obtained bôdhi. Adjecta sunt haec verba, quae sunt maximi momenti: all Bôdhisattvas sit down there when they become Buddhas. Hoc etiam in libro hanc vim inesse in voce intellegitur e verbis, quae saepius in volumine secundo inveniuntur, a quibus in reliquum tempus honeste vivendi probitatisque vota nascuntur 從今已去。乃至道場 = ab his temporibus usque ad illud temporis, quo attingamus

道場. Videas etiam voluminis primi folii 6 b 從今巳去○至於菩提 bôdhi! et v. p. fol. 28 b 從今巳去○至坐道場 ac saepius. Porro in voce 慈悲 inesse non modo vim clementiae, sed etiam cujusdam clementer agentis, hunc autem hoc libro auctore clementer agere intellegitur e folii 10 voluminis secundi verbis, quibus dicitur pios sperare sese auxilio jam perfectorum Buddharum vel ad majores salutis gradus provectorum adepturos esse intelligentias Buddharum: 仰願諸佛○諸大菩薩○以大慈悲力○以 . . . (fol. XI) 今日十方○ . . . . 一切衆生○以此懺法○永得淸淨○

«Oramus oculos tollentes, ut Buddhae omnesque magni Bôdhisattvae assumant vim clementiae, vim etc., decem regionum autem omnia animalia hodie harum poenitentiae adhortationum auxilio in aeternum adipiscantur integritatem. Qua de causa mea elocutio his finibus non definiatur, sed Mâitrêyam sive Avalôkitês 'varam ipsos huic libro sive poenitentiae cultui, quo in cultu non dubito, quin liber noster cantari soleat, praesidere existimem, breviter exponam. Amborum enim in sinicam linguam redditorum nominum est una quidem ex illis ambabus vocibus clementiae Mâitrêyae 慈氏, Avalôkitês 'varae 大慈大悲, quo fieri potest, ut illis primis duabus vocibus reddi alterutrius sanscritum nomen aestimemus. Deinde hunc locum: 梁皇寶懺○彌勒題名 (科儀 fol. 1) hoc fere modo: ,E Liang appellata regia domo ortum imperatorem poenitentiae addictum librum, qui inscriberetur Mâitrêya, plurimi aestimasse' esse reddendum puto ea de causa, quod dicitur: 卷 — fol. 1: 彌勒世尊○旣慈隆卽世○悲臻後刧○依事題名○

Mâitrêya Lôkadjyêchtha jam clementiâ suâ auxit praesentem mundum, misericordia ejus attinget etiam sequentes kalpas, qua de causa utimur illa inscriptione. Mâitrêyâ autem confunditur saepius Avalôkitês 'vara = Kwanyin, the explanation is easy, for Kwanyins title 大慈 is likely to be confounded with that of Mâitrêya viz. 慈氏 (Eitel sub Aval). Etsi in hujus libri invocationibus Avalôkitês 'vara non confunditur Mâitrêyâ, tamen verisimile est utriusque imaginem librum inscribentis animo inscienti esse obversatam, praesertim

cum aliis in libris Kwanyin plane poenitentiae liturgiarum patronae specie fingatur, vid. 千手千眼大悲心懺, cujus libri cum in liturgiae, tum in introductionis a 成祖 imperatore confectae parte ratio elucet: 成祖 enim dicit: It is reported that Kwan-Tseu-Tsai-Bodhisattva, prompted by his great compassionate heart, has engaged himself by a great oath to enter into every one of the innumerable worlds, and bring deliverance to all creatures who inhabit them. — Beal, A catena of buddhist scriptures from the chinese, pag. 398 ff.

Exordium est deinde de auctore.

De auctore Nanjio dicit: No author's name given. 10 fasciculi; 40 chapters. According to the statement of the preface, dated A. D. 1267, this work was first compiled by a prince named Siâo Tsz'-liâṅ, in the Yuṅ-piṅ period, A. D. 483—493, of the Tshi dynasty, A. D. 479—502, when it was in 20 fasciculi, 30 chapters. Afterwards it was revised by an eminent priest in the Thien-kien period, A. D. 502—519, of the Liâṅ dynasty, A. D. 502—557. But in No. 1493 it is stated that there was a writing on confession by Wu-ti, the first sovereign of the latter dynasty. Then a priest named Kan-kwân or Hwui-shih enlarged it and called it by the present title.

In huius libri utriusque codicis, qui insunt in bibliotheca regia Berolinensi, quorum alter (A.) re haud commemoratâ subest huic dissertationi, introductione Wu-ti imperatorem hunc librum confecisse commemoratur, neque vero in illis inest introductio illa, quo fit, ut compellar, ut fidem tribuam auctoritati Nanjio scriptoris de omnibus, quae in illâ sint scripta. Antea quidem illam infuisse in illis, postea autem, nescio quibus de causis, esse omissam, illam omissam vero compensatam esse existimo insertâ in illos eâ introductione, cuius mentio facta est supra. 卷 — enim in A. additum est introductionis 音釋, qui valet ad explicandam et vocem et vim verborum, quae quidem non reperiantur in ea introductione, quae in illis inest; quâ de causâ verisimile est illum 音釋 fuisse explicandae a Nanjio commemoratae, in illis non repertae introductioni. In B. ille

音釋 quoque omissus est. Quod attinet ad alium locum, qui invenitur in 續高僧傳 (in reliquâ parte vitarum summorum sacerdotum No. 1493), is prope accedit ad ea, quae dicuntur in ea introductione, quae in illis invenitur, quod hic liber a Wu-ti imperatore confectus sive variis e libris est compositus. Librum postea esse auctum nullo loco commemoratur.

Exordium est denique de libro ipso.

Cui aut eccui illarum duo de viginti sinicarum scholarum fidei buddhicae, quae temporibus, quibus hic liber compositus est, nascebantur e reliquiis duo de viginti Hinayanae partis scholarum et e Mahayanae doctrinâ,[1] liber sit tribuendus, dicere non audeo, praesertim cum difficillimum sit libros buddhicos tribuere debitae scholae, sed, quoniam liber e variis libris compositus est, auctorem e variarum scholarum libris, quorum res non magnopere inter se differunt, composuisse librum puto. Situsne loci, ubi typis exscriptus est liber 海幢寺 (= maris vexilli templum) vocati, quod templum situm est in provincia 廣州, conferat quicquam ad id, quod petimus, id quoque dicere non audeo. Verisimile est solum librum tribuendum esse Mahayanae scholae, vid. e. g. vol. IX, fol. 24 發大乘心. Mahayanae animum excitare volumus in animis nostris. — Denique, ut dicam de partibus libri, dicendum est, ut supra dictum est, eum divisum esse in decem volumina sive quadraginta capita. Ut igitur attingam, quae toto libro continentur, cuius primum volumen solum, i. e. decimam partem illius, reddere huius speciminis est quadraginta capitum titulos et sinice enumerem et in latinam linguam convertam.[a] 1. 歸依 de refugiendo ad tres res pretiosas. 2. 斷疑 de dubitationibus delendis. 3. 懺悔 de poenitentia. 4. 發菩提心 de excitando Bôdhi-animo. 5. 發願 de emittendis precibus. 6. 發回向心 de excitando Avaropita-Kusalamûla-animo ([act of] making ripen [the

1) Vid. Ryauon Fujishima, Le bouddhisme japonais, pag. V. — Târânatha, Geschichte des Buddhismus in Indien, cap. XXVI, übersetzt von Schiefner, S. 174 f.

a) iidem in B., cui desunt fascc. 3, 5, 10.

stocks of merits]; cf. B. N. No. 471). 7. 顯果報 de illustrandis fructibus ac mercedibus; quod caput divisum in partes duas est. 8. 出地獄 de excedendo ex inferis. 9. 解怨釋結 de liberando ab odio atque vinculis (cupiditatis sive doloris); hoc quoque divisum est in partes duas. 10. 自慶 de satisfactione sui ipsius; cuius enumeratae sunt quindecim formae. 11. 警緣三寶 de vigilanter (cogitationibus) sequendo tres res pretiosas. 12. 懺主謝大衆 poenitentiae cultus rector gratias agit magno conventui. 13. 總發大願 de magnis precibus ab omnibus emittendis. 14. 奉爲天道禮佛 de reverenter venerandis Buddhis devarum viae (gati) gratiâ. 15. 奉爲諸仙禮佛 de reverenter venerandis Buddhis geniorum gratiâ. 16. 奉爲梵王等禮佛 de reverenter venerandis Buddhis Brahmaregum generis gratiâ. 17. 奉爲阿修羅道一切善神禮佛 de reverenter venerandis Buddhis Asurarum viae omnium bonorum geniorum gratiâ. 18. 奉爲龍王禮佛 de reverenter venerandis Buddhis (Nagarajarum) serpentium regum gratiâ. 19. 奉爲魔王禮佛 de reverenter venerandis Buddhis Mârarajarum gratiâ. 20. 奉爲國王人道禮佛 de reverenter venerandis Buddhis terrarum regum incolarumque viae gratiâ. 21. 奉爲諸王王子禮佛 de reverenter venerandis Buddhis omnium regum regumque filiorum gratiâ. 22. 奉爲父母禮佛 de reverenter patrum matrumque gratiâ venerandis Buddhis. 23. 奉爲過去父母禮佛 de reverenter venerandis Buddhis praeteriti temporis patrum matrumque gratiâ. 24. 奉爲師長禮佛 de reverenter venerandis Buddhis magistrorum seniorumque gratiâ. 25. 爲十方比丘比丘尼禮佛 de venerandis Buddhis decem regionum bhikchuum bhikchuniumque gratiâ. 26. 爲十方過去比丘比丘尼禮佛 de venerandis Buddhis decem regionum praeteriti temporis bhikchnum bhikchuniumque gratiâ. 27. 爲阿鼻地獄禮佛 de venerandis Buddhis (hominum in) Avitchi (appellatâ) Orci (parte commorantium) gratiâ. 28. [2]爲灰河鐵丸等地獄禮佛 de vene-

2) E sequentium Orci partium has solas reperire potui in libris: cineris fluvii atque cultrorum montis appellatas, in Dumoutier, Notes sur le bouddhisme tonki-

randis Buddhis (hominum in) cineris fluviorum ferrique glandium generum Orci (partibus commorantium) gratiâ. 29. 爲飲銅炭坑等地獄禮佛 de venerandis Buddhis (hominum in) aes bibentium carbonisque fodinarum generum Orci (partibus commorantium) gratiâ. 30. 爲刀兵銅釜等地獄禮佛 de venerandis Buddhis (hominum in) cultrorum et armorum et aenorum generum Orci (partibus commorantium) gratià. 31. 爲火城刀山等地獄禮佛 de venerandis Buddhis (hominum in) ignearum arcium cultrorumque montium generum Orci (partibus commorantium) gratià. 32. 爲餓鬼道禮佛 de venerandis Buddhis esurientium daemonum (Prètarum) viae gratià. 33. 爲畜生道禮佛 de venerandis Buddhis animalium viae gratià. 34. 爲六道發願 de emittendis precibus sex viarum gratiâ. 35. 警念無常 de vigilanter meditando inconstantiam (phaenomenorum). 36. 爲執勞運力禮佛 de venerandis Buddhis operam dantium ac vires expromentium gratià. 37. 發廻向 de excitando avaropita-kusalamula V. s. 6. 38. 菩薩廻向法 de dharmà efficiendi avaropita-kusalamula (auxilio) Bôdhisattvarum. 39. 發願 de emittendis precibus. 40. 囑累 de repetitis comprecationibus.

[a] Illustris[3] imago firma manet.
Imperatoria via eminus lucet.
Buddharum sol aucto splendore micat.
Legis rota versatur semper.

nois. L'enfer. Revue d'ethnographie VI, Juillet-Août; vid. Fig. 52 sub indicibus 玉官王 ac 都市王; hanc etiam sub 7, 鐵丸地獄 autem sub 14 inter 十八重地獄 in Miscellaneous numeral phrases in Doolittle vocabulary and handbook of chinese language.

3) 佛一稱學皇 (康熙字典 sub 皇).

a) Illustris — semper vacat in B.

Prooemium.

Toῦ 慈悲道場懺 historia.

Has poenitentiae adhortationes e Liang appellatâ domo Wu imperator H'i-shi uxoris causâ collegit. Nonnullos per menses post H'i-shi uxoris mortem imperator assidue eam dolore persecutus est. Die eius animus concitatus erat dolore, neque gaudebat ille, noctu autem[a] insomnis fatigatus est. Aliquando, cum inesset in cubiculo, audiebat foris strepitum crepitantium squamarum. Oculos cum convertisset, conspexit magnam serpentem, quae serpens denique prolapsa est in superiorem cubiculi partem; quae cum oculis ardentibus atque faucibus apertis imperatorem petivisset hic magno terrore affectus est, nesciens, quo fugeret neque pedes quidem tollere poterat ad surgendum. Tum angui dixit haec quidem verba: Mea domus et diligentissime custodita est[b] neque talis locus quali tui serpentium generis bestiae vivant. Necessario res est insolita quaedam ac mira.[c] Afferret mihi malum quidquam? Haec dicenti imperatori boa humanâ voce respondit: Serpens quidem, inquit, olim H'i-shi fuit. Ego enim, dum vivebam, invida[d] eram pelicum gregis[4] ceterarum. Quae invidia naturâ erat ferum venenum. Cum aliquando irâ incensa fueram, ardore consumebar atque velut sagittis perforabar.[5] Fortunas perdebam, hominibus nocebam. Cuius delicti causâ[e] post mortem mutata sum in serpentem, neque est mihi potus ac cibus, quibus compleam os, neque adest cavum, in quod abdam corpus meum. Fame atque insectationibus torqueor. Vi me ipsa superare nequeo (i. e. id patienter perferre). Ad hoc totius

---

4) 六宮 sex domus regiae = p. g. vid. 康熙字典 sub 官: 天子謂之六寢.

5) His 火熾矢射 terminis neque notio activa neque propria inest, rerum scriptores enim haud sane tradunt res crudeliter gestas a 郗氏 adductâ invidiâ. Vid. 梁書卷二列傳 sub 高祖郗.

---

a) in B. 則. *b)* B. 謹. *c)* B. 孽 culpa. *d)* B. 妒. *e)* B. 禍 hac calamitate accepta.

dorsi squamis subsunt multa insecta sugentia atque arrodentia carnem meam. Dolor ab illis commotus vehementissimus est sicut[a] subulâ sive cultro effectus. Neque haec serpens semper serpentis speciem praebet, sed denuo mutatâ formâ abit, neque domus imperatoriae occulta et recondita difficultates esse existimat commotura imperatoris animum, qui antea quidem amore benevolentiâque me complecti consueverat. Qua de causa his deformis speciei ossibus acceptis imperatori appareo precans, ut huius meriti auxilio eximar his libererque. Quod cum imperator audivisset, vae! exclamavit gravique dolore afflictus est,[b] sed anguem cum quaereret, non jam videbat.

Postridie imperator magnam multitudinem çramanarum in palatium convocavit et conventus causam explicans quaesivit, quomodo illa optime e doloribus redimeretur. Tum C'i-kung[6] respondit: Tibi veneranti Buddhae poenitentiae libros purgandus es atque emendandus tu ipse, hoc si facies, frustra petitum fieri poterit. Imperator comprobavit eius verba. Quaesivit ille libros buddhicos atque exscripsit eorum titulos. Idem ipse augusta illa, quae cogitaverat, enotavit augustum penicillum effundens. Elegit vero poenitentiae litteras easque composuit in decem voluminibus idemque cuncta collegit Buddharum verba, elegit autem et excussit atque omisit omnia verba,[c] quae essent minoris momenti,[d] componendi poenitentiae libri gratiâ. Posthac uno die medium palatium redolebat variis odoribus, qui perdiu suaviter versabantur neque initio quisquam sciebat, unde illi venirent. Imperator, cum ea de causa suspexisset, vidit devam egregiâ formâ ac recto habitu, quae imperatori dixit haec quidem verba: Id serpentis subsequens corpus est. Imperatoris meriti gratiâ contigit mihi, ut nascerer in Trayastrims'as[7] appellato coelo. Nunc autem offero pristinum corpus, ut sit manifesto indicio hujus rei. Gratias igitur tibi ago, quan-

6) Annalium scriptor? Hic terminus non invenitur in K'ang-hi, tantum: 又爵名五等之首曰公. Vid. K'ang-hi sub 公.

7) = the heaven of 33 (classes of inhabitants), vid. Eitel sub T.

a) B. 加. Vitium typographicum? b) B. 慨 ingemiscere. c) B. 詞. d) B. 閑.

tas maximas animus meus potest.[a] — Quod cum dixisset, jam nusquam apparuit.

A Liang appelatae dynastiae temporibus, quibus hunc librum nacti sumus, usque ad hanc aetatem, jam complures centeni[b] anni praeterierunt sincereque[c] reverenterque hunc poenitentiae librum veneramur. Quibuscunque locis sunt, qui supplicantes recitant illum, omnes ii fruuntur arcanâ benevolentiâ idoneisque praemiis; cum autem ille [imperator e Liang appellatâ domo] timeret, ne res illae obscurarentur, ne illae autem adhuc non iam clarae essent, res adumbravit[d]; certe vero utuntur illi et apertis auribus et oculis.

[e]Rituum praecepta.

Praecepta valentia ad cultum libri poenitentiae.

Omnes accedunt ad aram atque suspendent vestes arae.[8] Venerati Buddhas canunt magnae clementiae[9] mantras. Deinde circumeunt aram conspergentes illam. Mantris finitis repetunt priorem locum canendo precantes, ut huius libri mantrarum meritorum auxilio efficiant, ut tres preciosae res, nagae, devae, trium mundorum montium cacuminum fossarumque genii intelligentiaeque, verus dominus, qui

8) « And having invested the altar three times. » Beal, a. c. o. B. s. pag. 401.
9) Aval. sive Mâitrêy.?

a) B. 般懃. *b)* B. 千餘 plus quam mille anni. *c)* B. 虔. *d)* B. 粗. *e)* Hoc caput omissum compensatum est in B. inserto capite hoc: 凡禮懺者先須嚴淨道場置佛像香花供養精勤三業諷誦大悲等咒加持法水散灑內外悉令清淨: Omnes venerantes et poenitentes paulo ante augustam et puram Bôdhimaṇḍam abluentes collocant Buddharum imagines et dona odorum florumque atque diligentissime animum advertunt illis trium generum actionibus, recitant illi Magnae Clementiae mantras, deinde legis aquam addentes assumunt illâque conspergunt et interiora et exteriora, efficientes, ut omnia sint pura.

tuetur bôdhimaṇḍam,[10] in ipsorum precantium animis maturent meritorum stirpes[11] atque, postquam de loco, quem numen occupat,[12] decesserunt omnes precantur, ut dharmae[13] mundi incolae omnes conjuncti introeant in mare Vâirôtchana-essentiae.[14]

[a] Incipiendae odoris laudes.

Tripodis odoratae res nunc comburuntur. Dharmae mundus nubibus obductus et odoribus suffiens omnia est. Buddharum mare, coniuncti omnes, eminus odoratur. Ubique crispant faustas nubes. Si poenitentes sinceris animis abundent, buddhae tota corpora revelent.

Ave[b] odorum nubium aulaei Bôdhisattva, Mahasattva! Triplici invocatione[c] haec verba exclamentur.

Caerimoniae rector praedicat librum.

Audivi quidem e Liang appellatâ regiâ domo ortum imperatorem poenitentiae addictum librum, qui inscriberetur Mâitrêya, plurimi aestimasse. C'i-kung autem floridi horrei[15] subtiles litte-

10) Aliis locis 眞宰 coelum vocatur. Vid. K'ang-hi sub 眞: 又天曰眞宰. Sed hoc loco Kwan-shi-in intellegendam esse puto, vid. jusjurandum pag. 3.

11) Videor mihi non sine causa hoc modo interpretari verba, quod poenitentes sperant, fore, ut nagae, qui sicut 靈聰 et devae, ad altiores gradus transmigrationis pervenerunt, prius pervenientes ad summos gradus salutis ceteris omnibus succurrant. Vid. cap. 18, fol. 5[a] 願諸龍王......以慈悲心○拯接一切 Oramus, ut nagarajae misericordibus animis eximant omnes e miseriis.

12) De ara? iterum?

13) Vid. annott. 29, 30.

14) Per compendium scriptus 毘盧 terminus quidem non commemoratur in Eitel, sed Vairochanam intellegendum esse puto. Vid. E. s. Trikâya et annot. 22. E. dicit sub V.: one of the persons of the Buddhist trinity, the embodiment of the law, the personification of wisdom with the attribute «absolute purity». Quod, si ita sit, hoc caput pertineat ad Tantra-scholam, quae brevi tempore antequam, ut tradunt, hic liber compositus erat, orta est 500 a. D. vid. E. s.: Triratna et Trik.

15) I. e. pulchrae laudeque dignae piṭakae. Vid. K'ang-hi sub 華: 華謂文德○華藏 termini vim esse «sinici et tibetani indicis scriptorum optimorum» (「西」藏) non puto, quod mihi veri simile videtur, hujus capitis scrip-

a) Ante haec verba in B. 次 «deinde» positum est. *b)* 南無 termini 南 vox in B. omissa est. Vitium typographicum! *c)* B. 稱.

ras et sancta Buddharum nomina quidem e librorum catalogis collegisse.[16]

Deinde magnam multitudinem çramanarum illum convocasse iisque poenitentiae dharmam[17] commendasse. Poenitentiae libro somnium excitatum esse in Liang dynastiae aulâ. Faustas vires ascendisse micantes ad Wu imperatorem. Deinde aureum splendorem sine intermissione scintillasse neque usquam tenebras fuisse, sed candidum, egregie micantem, odoratum, fulgentem odorum fumum suffivisse interius palatium, variorum florum copiâ illustratam esse regiam domum. Caeruleis autem in nubibus aethereis devam ostendisse talionis corporis splendores, sed ante albos gemmeos gradus H'i-shi exuisse anguis corporis asperitates. Qua extinctione fati fatum omnino extinctum esse faustumque prodigium accidisse atque huius poenae remissionis gratiâ, poenam omnino illi remissam esse fortunamque esse natam. Illud prodigium comparari potest cum caliginem discutiente lucidâ lanternâ sive revera morbis medente mirâ medicinâ. Buddharum gratiam autem augere novem provincias virtutemque illorum tegere quattuor ortus[18] poenitentiae libri meritum est, quem nemo satis laudibus efferre potest. Nunc autem aggredientes ad poenitentiae librum recitandum oculis sublatis adoramus perambulantem[19] Samantabhadram regem inicientes nobis ipsi cogitationes odorum florumque, quibus donemus decem regionum domitorem et dominum splendidamque faciamus

torem non nescivisse Wu imperatoris aetate buddhicam religionem nondum institutam esse in tibetanâ terrâ.

16) Id fiebat, quod veri simile erat illos libros, quorum in titulis inerant buddharum nomina, comprehensuros esse buddharum sententias.

17) Vid. annot. 29.

18) 四 生 tchatur yôni 4 modes of birth: 1. birth from an uterus 胎生; 2. birth from an egg 卵 生; 3. birth from moisture 溼 生 as in the case of fish; 4. instantaneous birth by transformation 化 生 as in the case of silkworms and caterpillars. Vid. E. sub T. y.

19) 行 王 quia partly sitting and partly moving, to attain the state of samadhi sive contemplationis, id quod quidem erat insolita res, cum plurimi contemplantes perpetuo sederent. Vid. Edkins, Chinese buddhism, pag. 186 f. id, quod agit de Pu-hien = Samantabhadra. Scire si cupias, cur inducatur ille hoc loco, vid. annot. 22.

purae poenitentiae aram. Antea canentes arcanos versus precemur, ut bonorum operum fructus late diffundatur necessarioque culparum[20] flores lapsi cadant.

Oculis sublatis adoramus magnam clementiam, quae egregie significat divina efficacia responsa. Omnes recitant:[a]

Samantabhadra rex, Bôdhisattva, Mahasattva![b]

Est Bôdhisattva quidam, qui sedet pedibus subjectis,[21] cui nomen est Samantabhadra.[22] Ejus corpus est albarum gemmarum colore quin-

20) Vid. annot. (194), quae pertineat ad 十使 fol. 27.

21) Utkaṭukâsana sitting cross-legged on the hams, with the note «so that body and soul remain motionless» 身心不動, vid. E. s. U.

22) Annot. 14. additam conjecturam veram esse existimo, quod in hoc atque in praecedente capite Samantabhadra inducitur. Nam exsistit quaestio, quemadmodum illius commemoratio pertineat ad poenitentiae cultum. Quod nobis perspicuum erit haud neglegentibus docuisse Nepalèsos, a quibus Tantra-schola in his ipsis rebus regebatur (vid. E. s. Triratna), illum esse Bôdhisattvam Vairotchanae Dhyani-Buddhae (vid. E. s. V.), quem quidem Tantra-schola provehens ad ampliorem gradum declaravit Nirvana-buddham (vid. E. s. Trir. et s. Trikâya). Compono igitur S. = V. mentionem cum meâ interpretatione tituli, et cum his verbis quidem: quibus ducamur in 道場. Nam unà cum salutis instrumento salutis viae finis gravissimus est. Is autem est in his a poenitentiae libro ipso quidem sejunctis itaque aliis in libris quoque iteratis, sed tamen optime cum illo consentaneis liturgiis, dharmakaya legis corpus, i. e. absoluta puritas, cui est plane significans personificatio Buddha as having entered Nirvana (vid. etiam in E. tabulam, quae pertinet ad Trik. cap.).

a) «Omnes recitant» vacat in B. *b)* Post haec verba inserta sunt in B. et haec verba: 三稱: Triplici invocatione haec verba exclamentur et caput hoc: 寶懺親從武帝宣|夫人業報蟆蛇纏|四生廣造無邊罪|一句能消曩劫冤|字字罪花皆隕卸|行行業果盡凋殘|洪名舉起天花墜|果感當生化樂天: Egregius poenitentiae liber a Wu-ti imperatore ipso edictus est; est autem hominum actionum merces sicut magnae serpentis amplexus; quattuor ortus longe infinitas culpas paraverunt, sed uno versu possunt extingui praeteritarum kalparum iniustitiae; unâ quâque voce culparum flores omnes lapsi cadunt et relinquuntur et, quaecumque agimus, actionum fructus omnes lapsi cadunt et delentur; magno nomine efficitur, ut divini flores lapsi cadant, atque, id quod eorum est fructus, efficitur, ut praesens vita convertatur in vitam laetantium devarum.

quagintaque generum splendorem habet, cui splendori sunt quinquageni varii colores, ut verus sit fulgor proprius sanctorum hominum. Corporis autem pili sunt cavi effundentes auri splendorem, qui auri splendor pulcherrimus est. Infinitarum transformationum buddhae transformationumque bôdhisattvae ejus consanguinei sunt. Cum autem tranquille et bene et graviter perambulat, effundit imbrem pretiosissimorum florum. Sed priusquam perambulare institueret, ejus elephantus os aperit. Elephanti autem in dente[a] sedent lacuum gemmarum mulieres,[23] quae tympanis canunt militaribus atque voces fidibus jun-

Sed is salutis viae finis, qui cernatur in sedendo in 道塲, non ipsâ rei naturâ differt ab illo, quoniam situm est in arbitrio solo cujusvis buddharum sapientiam adepti, utrum statim in Nirvanam profecturus sit necne. Interpretor igitur praecedentis capitis finem enumerationem personificatarum ambarum ad poenitentiam ipsam suâ sponte accedentium rerum, salutis instrumenti et salutis viae finis. Id legentes quidem ignorare nolo libro, qui inscribitur 慈悲水懺法 Rules for the confession of water of mercy and compassion, vid. in Bunyin Nanjio 1523, 科儀 primam ipsam partem non praepositam esse exscriptam, cum ceterae omnes, quae quidem non pertineant ad adjunctum librum ipsum, ut enumerem partem secundam, in qua insunt signa interpunctionis, quae complectentur sententias, quae exscripsi rubris coloribus colorata, cum insint in hoc libro, quae non usui esse nisi recitantibus puto,[b] quae nigris coloribus infecta exscripsi, partem quartam, quae poematis modo scripta est,[c] quintam, sextam, septimam, has tres carentes titulis, nonam, qua in parte quattuor versus sunt omissi, decimam, praepositae sint exscriptae. Sed hujus partis omissionem nullis in re ipsâ positis causis effectam esse eâque re argumenta mea non infirmari arbitror.

23) Vere me interpretari opinor illud mulieres, quarum splendores comparari possint cum septem pretiosarum gemmarum, quibus ornantur viae, quae circumiacent septem occidentalis paradisi lacubus. Vid. Beal, a. c. o. B. s. pag. 379 et in 法護梵文陀彌陀經諸譯歺證 Hogo, Amitâbha sutrâ sanscrite editâ speciminis loco translationibus juxta positis ea, quae tractant 七寶所成池 fol. 8b, 9a. In 神佛靈像圖彙 shintoorum buddhicorumque deorum simulacrorum thesauri 卷之四 fol. 9b invenitur quidem 普賢延命 vitam producentis simulacrum, quo pingatur sedens in elephanto, in quo etiam nonnullae mulieres cernuntur, sed huic loco ea re nulla lux affertur. Aliis etiam quattuor illius libri locis commemoratur, postquam ejus et nominis

a) pro 上 in A. B. 口. Vitium typographicum? *b)* non insunt in B. signa interpunctionis, quae non usui esse nisi recitantibus puto. *c)* haec pars in B. item poematis modo scripta est.

gunt, quarum sonus tenuissimus est, mirabilis. Quae laudibus efferunt Mahayanam, veram[24] viam ipsam. Ambulatione finitâ[25] autem laetantur reverenter adorantes Samantabhadram atque denuo recitant admodum subtilem sutrarum thesaurum et ad unam omnes venerantur decem regionum infinita magnitudine buddhas venerantur que multarum pretiosarum rerum buddhae pagodam[26] et Çakyamunim et venerantur Samantabhadram et magnos Bôdhisattvas emittentes has preces jurejurando interposito. Rebus secundis quidem utentibus nobis cernendus est Samantabhadra itaque petimus, ut venerabilis dominus longe proferens fausta prodigia nobis revelet corpus ipsum.

Ave Samantabhadra Bôdhisattva!

Decemplici invocatione exclamentur haec verba!

Deinde aggrediuntur ad reverenter venerandum generatim quodcunque venerari decet eos.[a]

Eodem animo[27] atque illi affecti decem regionum legis mundi in aeternum permanentes buddhas veneramur. Sequitur una corporis inclinatio. Eodem animo atque illae affectae decem regionum legis mundi in aeternum permanentes leges (dharmas) veneramur. Sequitur una corporis inclinatio. Eodem animo atque illa affecta decem regionum legis mundi in aeternum permanentia sacerdotum corpora (samghas) veneramur. Sequitur una corporis inclinatio.

sanscriti et sinici mentio facta est, nil nisi illi tributa esse haec nomina a buddhâ ipso, ab illo devinci omnes difficultates, vivere illum in 安樂國, in tranquillitatis et laetitiae terrâ, quo quoque nomine vocatur occidentalis paradisus.

24) 一 純也 K'ang-hi sub 一.

25) Vid. annot. 19.

26) 多寶 = Prabhûtaratna, a fabulous Buddha, the special patron of the Saddharmapuṇḍarîka (id probat haec capita pertinere ad Tantra-scholam, nam v. E. s. S.: one of the nine dharmas or principal canonical books of the Nepaulese), to the readers of which he appears somętimes in the shape of a stûpa. Anxious for the general spread of Buddhism he divided his person into ten parts called 十方佛 the Buddhas of the ten points of the compass. v. E. s. P.

27) Vid. Beal, a. c. o. B. s. pag. 401, annot. 2: this phrase « one heart » is explained in an appendix of the present work, to signify that worshippers, and the object of worship are both « one » (spiritually).

a) Ave — eos vacat in B.

Hoc loco hic conventus unusquisque longo spatio interjecto genibus nititur reverenter in manibus tenens odores floresque, ut eos, ut mos est ritusque religionis, tribuat decem regionum legis mundi tribus pretiosis rebus.[a]

Petimus,[28] ut hi odores floresque diffundantur per latitudines

28) Cum ipse hunc locum transtulerim, tamen majore ex parte secutus sum interpretationem, quâ illum interpretatus est Beal praepositum libro, qui inscribitur 千手千眼 etc. 懺, vid. a. c. o. B. s. pag. 402. Non assentior quidem interpretationi, quâ ille usus est eis versibus, quibus dicit in token of usque ad holy joys, quod neque intellego, quomodo illud ex verbis inveniri possit, neque hunc locum, si ad verbum transferas, discrepare a sententiâ totius loci mihi videtur. Neque ex verbis invenire possum vim, quam subicit ille ambobus eis versibus, quos interpretatur: Thus as I — universe, sed hunc quoque locum, si ad verbum transferas, non discrepare a totius loci sententia puto hosque versus, quos interpretatur hoc uno versu: all sentient creatures — essence, minus continere ab aspectus indicio remotas quam sensibus subjectas res, quae quidem non discrepent a totius loci sententiâ, et ipsos esse transferendos ad verbum existimo. Atque ego quidem primum non intellego, quomodo ex his verbis 證佛智 inveniri possit illud attain the wisdom of Buddha himself, sed inveniri illud fere to prove, to witness arbitror. Deinde, si illa ita sunt, idquod mihi videtur, duae extremae sententiae annecti rebus ipsis non possunt; nam certe gradatim excelsior salutis viae finis ostenditur; bòdhi enim ad summum perfectionis gradum provecta fit anuttara samyak sambodhi, quae est bodhisattvae, quem autem necesse est levari ab illâ, priusquam fiat Buddha, vid. ea, quae dicuntur in 彌陀經 Beal, pag. 382 sive annot. 89. Ego autem existimo, si quis in eum locum venerit, quo non reperiantur nascendi condiciones, i. e. nirvâṇam attigerit (Bôdhisattvae ipsi quoque enim per Anupapâdakam 化生 birth by transformation, v. E. s. A. denuo nascuntur), illum non posse Buddharum sapientiam probare (praetera vid.: it is only Pradjña [= sapientia] which carries men across the Sañsâra to the shores of Nirvâṇa. E. s. Pâramitâ). Quod mihi intellegi posse videtur ex interpretatione vocis Nirvanae, quâ quidem usus sit liber, qui inscribitur Parinirvana-sutra (vid. Beal, a. c. o. B. s. pag. 173—188). Ut autem aliquis repercussus Buddha, ut docet Tantra-schola, vid. E. s. Triratna et s. Trikâya, aliquid conficiat, fieri potest Buddhâ ante hoc tempus relucente non eodem tempore idem conficiente, quippe cum post relucentis rei interitum ipsum repercussâ re aliquid confici possit. Eitel quidem dicit sub Nirvâṇae voce: Individuality is preserved and Buddhas who have entered Nirvâṇa occasionally reappear again to interfere on behalf of the faithful. Sed tamen ipse addit haec: This view of Nirvâṇa is based on the most ancient Sûtras. Tantra-schola

a) Post haec verba verba haec inserta sunt in B: 散花想云: Spargunt flores et meditantes dicunt:

mundorum exsistentes miri splendoris turris, devarum vocum et fidium cantus devarumque pretiosi odores, devarum cibi devarumque pretiosa vestimenta. Mirae dharmae[29] atomorum numerus non fingi

autem instituta est quingentesimo fere anno post Christum natum. Sumo igitur eos, qui ipsi edocuerant Tantricos de his rebus, i. e. Nepalesos, ne ineptum quicquam docerent (ego quidem ineptum esse puto Buddham quem, cuius res sint eo loco, ut solutae sint quinque skandhae, i. e. forma, perceptiones animi sensibus subiectae, sensus ipsi, actio [moralis], animi perceptionum sensuumque copulationum unitatisque scientia, v. E. s. S., ut incidat animi omnium rerum contemptio omniumque cogitationum actionumque finis, eum tamen res humanas movere) finxisse Dhyani-buddhas, quibus fictis fieri potuit, ut Buddhae, qui jam nirvâṇam attigissent, moverent res humanas; in mortui igitur Manuchi-buddhae locum omnis buddha repercussum buddham substituit, cum ipse non jam moveat res humanas, vid. E. s. Trir. — E quibus omnibus intelligi potest, nulla re negari gradatim salutis viae ostendi finem excelsiorem, primum quidem finem bodhim, alterum buddharum sapientiam denique probatam tertio ipso, quem quis eâ attingat, nirvâṇâ. Haec autem sunt verba, quibus interpretatur Beal hunc locum: I scatter this flowers and this incense. In token of the mysterious character and the excellence of the Doctrine we (profess), Symbols of the harmony of Heaven and its holy joys (lit. precious perfume), Angels' food and their sacred vestments. How impossible is it to exhibit in words the infinite portions of the mysterious universe. Each single atom evolved from all the atoms, Each single atom evolved from the aggregate of all, Revolving thus unhindered they unite in one harmonious whole. And thus diffused trough space, they appear before the three precious objects of worship, And before the three precious objects of worship throughout the vast collective universe. Thus as I with my body offer this sacrifice, It is presented throughout each region of the universe, Unhindered, unopposed by any external object. And so through endless ages yet to come, discharging these sacred duties, All sentient creatures united at length with the Divine essence, (Thus united) shall attain the heart of Wisdom, the State that admits of no Birth, the Wisdom of Buddha himself. Neque silentio praetereunda mihi videntur ad hunc locum pertinentis annotationis gravia quidem verba haec: I need not say that in the translation of such passages as the above, I can only hope to attain to some obscure idea of the meaning of the original. Cum igitur Beal ipse, peritissimus ille sermonis literarum buddhicarum, quae quidem sinice scriptae sint, dubitet an vere hunc locum interpretetur, mihi quoque veniam dandam esse puto non in omnibus rebus satis probatae interpretationis horum ad interpretandum difficilium locorum, qui sunt praepositi libro ipso illis faciliori ad interpretandum.

29) Dharmae = «alicuius rei», «entis», «rerum objectarum mundi», «mundi universi» fere, vid. Fouj. L. B. j. pag. 4 annot.: Aucun des termes techniques de la metaphysique bouddhique n'est peut-être plus difficile à rendre que ce mot de

potest, tamen atomus unaquaeque ex omnibus atomis emanat, atomus unaquaeque ex omnium atomorum dharmâ emanat atque voluntatae illae haud impeditae coalescunt in unum corpus omni ex parte idem atquae conjunctae omnes veniunt in conspectum trium pretiosarum rerum decem regionum, in decem regionum legis mundorum [dharmadhâtu][30] trium pretiosarum rerum conspectum atque omnes suum unaquaeque corpus habens donat illis donandas res, unaquaeque omnes dharmadhâtua pervadunt, tum huc, tum illuc, haud turbatae, haud impeditae, in omne tempus [verba ipsa hoc loco sunt haec: consumentes futuri temporis fines] colentes buddhas, universi autem omnes, animantes qui odoribus fumantis sint dharmadhâtus, odorum nubibus obducti, omnes excitant bôdhi-animum et unâ introeundo in eum locum, quo non reperiantur nascendi condiciones, probant buddharum sapientiam.

Meditatione arcana spectante finitâ flores spargentes recitant haec verba:

Petimus, ut hae odorum florumque nubes diffundantur complentes decem regionum mundos, quibus donentur donandae res omnibus buddhis et dharmam [hoc loco: literarum buddhicarum corpus] venerantibus bôdhisattvis et immenso S'râvakarum[31] corpori et omni-

dharma; le sens en est si étendu qu'il faut se résigner à le traduire par des à peu-près. Dans la littérature brahmanique de l'Inde, ce mot signifie presque toujours loi; toutefois il désigne aussi, particulièrement en philosophie et en grammaire, les attributs du sujet, les mots de l'être. Dans le Triratna «les trois Joyaux» du bouddhisme: «Buddha, Dharma, Saṃgha», Dharma désigne la loi religieuse. Ego quidem literis buddhicis ipsis adductus ad hanc opinionem existimo dharmae termino primum significari «τὸ ens», sive «τὸ esse», sive «τὸ tale esse» (quorum trium utroque posteriore significatur idem, quod termino significari Foujishima dicit), sed in quibus insit vis τοῦ necessario («entis», «esse», «tale esse»), deinde «τὸ κατ' ἐξοχήν ens», i. e. omnem rem, quae pertineat ad cultum buddhicum vid. E. s. Dh.: a general term for religious objects especially for buddhistic canon, quarum sanctissima, quae significetur hoc termino, est ipsa personification of buddhistic tradition illius, i. e. Triratnae secunda persona. Vid. etiam E. sub Dh.!

30) = state of existence, vid. Bunyiu Nanjio n. 1598, compares huius vocis interpretationem cum iis, quae praecedente annotatione explicantur!

31) S'râvaka the first (lowest) degree of saintship, v. E. s. S'.

bus deva-richis,[32] id, quibus erigatur turris miri splendoris, qui transvehatur in immensos mundos, in medias immensas Buddharum terras,[33] quibus in locis adhibeatur[34] illa in colendis Buddhis, et quibus suffiantur omnes animantes, qui excitent bôdhi-animum.

Buddhas laudibus efferens Gâthâ.[35]

Omnes surgunt atque stantes recitant:[a]

Eorum species admodum admirabiles sunt. Splendor eorum collustrat decem regiones. Nos occasione datâ[b] saepe donavimus eis donandas res, nunc autem denuo nos ipsi in conspectum venimus sanctorum dominorum, in coelis regnantium. Cum Kalaviñgkarum[36] vocibus omnes animantes commiseramini,[c] nos, qui nunc veneramur vos.

Primi voluminis[d] sequitur pars, qua comprehenditur exordium poenitentiae libri.

Audivi quidem uniuscujusque Buddhae transformationum corpora[37] pervadentia omnes legere decem regionum terras. Atque cum tantummodo unâ voce interpretata sint dharmam [hoc loco: doctrinam buddhicam], tum vocem audientes[38] trium mundorum[39] homines ac devas omnes, homines item haud impeditos, illos omnes persequi viam unam et portam unam eosdemque evadere ex ortuum mortiumque mari. Totam yânam autem, et subitae propagationis scholam et

32) Vid. E. s. Richi.

33) Buddha-Kchêtra vid. E. s. B., et a his discrepantia illa, quae dicuntur de tribus B.-K. generibus a Burnouf in libro, qui inscribitur: «Le lotus de la bonne loi» f. 38 b.

34) Efficienter, prospere 受用 terminus ad explicandum tertium B.-K. genus gravissimum est, v. E.

35) V. E. s. G.

36) I. e. nostri misericordiam expromite in vocibus vestris, quae a nobis comparentur eâ de causâ cum Kalaviñgkarum vocibus, i. e. cum dulcissimis vocibus, v. E. s. K.: K. a fabulous bird with an exceedingly melodious voice.

37) Nirmâṇakâya v. E. s. N.

38) Hoc loco is terminus habet notionem similem illi atque explicans ille vocem S'râvakae, vid. E. s. S'. 1.

39) Trâilôkya v. E. s. T.

a) «Buddhas — recitant» vacat in B. *b)* B. 昔. *c)* B. 憫. *d)* haec verba «Primi voluminis» vacant in B.

perfectionis,[40] omnes niti in hac opinione, tantummodo unam formam solam esse[41] eâ re ipsâ autem probari Nirvâṇae montem, eam autem sequi vicissitudines sicuti lunae imago imprimatur in mille fluviis.[42] Nos autem satisfacientes huic rei eam animo videndo tamquam multas res comparari posse cum vere redintegrante magnam terram.[43] Om-

40) Neutra in Eitel, Handbook etc., commemoratur, sed tamen in ejusdem Cantonese dictionary sub 圓: | 教 the school of completeness et sub 頓: | 教 the school of sudden expansion, utrique interpretationi adiectâ literâ B. (Buddhism). Quomodo has interpretationes intellegi velit, nescio, sed existimandum est alteram docere res valde discrepantes cum doctis ab alterâ (Hinayana — Mahayana?).

41) 一味 sive = only, i. e. non esse varias res, sed hanc rerum varietatem excitari variis significationibus voluntate (trichna) genitarum rerum primarum; quae enim in Nidânarum catena est causa animi perceptionis sensibus subjectae eâque re tactus sive omnium rerum externarum sensus, eâque re sensuum membrorum, i. e. sensuum et sensuum membrorum ipsorum et omnium rerum sensibus subjectarum, eâque re unius cuiusque rei singularis naturae, eâ re ipsâ autem rerum objectarum mundi, v. E. s. Nidâna, Vedâna, spars'a, chadâyatana, namarupa atque verâ hac re probari nirvanam, i. e. probari praestantiam nirvanae, qua liberemur a rerum objectarum mundi fraude, sive 一味 = one taste, i. e. unius formae esse unum effectum solum, qui spectet nos.

42) Haec sunt verba similis integri: 如月落千江○體不分水 although the moon falls on a thousand rivers (and is reflected), its substance is not divided amongst the waters. Vid. Morrison, Chinese dictionary sub 月. Sicuti igitur fieri potest, ut unâ relucente re repercutiantur multae res, sic, si auctorem sequimur hujus capitis scriptorem, quod animo vidimus multiplex aliquid, divisum in partes multas, re vera simplex aliquid est et unum quamvis illa simplex quidem et una res et ipsa repercutiatur relucente re alterâ multiplici et divisâ in partes multas. Sed cohortis militum ante tentoria sua constitutae aquâ repercussa imago, nonne est simplex aliquid re et unum, quamvis opinione ducamur illam esse rem multiplicem et in multas partes divisam, quamquam relucentia sunt multa atque haec omnia, et cohors et tentoria, valde differunt inter se re. Fieri igitur potest, ut multiplici et in multas partes divisâ re, quae gignitur e trichnâ, repercussâ re simplici et unâ (i. e. re ipsâ simplici et unâ rerum objectarum mundi vanâ imagine) ipsâ repercutiatur res multiplex et in multas partes divisa, i. e. animi perceptionum sensuumque copulationum unitatisque scientia (Apperception!), vid E. s. Vidjñâna et s. Nidâna. Ut utar eodem simili, si quis alterâ in ripâ stans aquam introspexerit, is animo videat imaginum fontes re inter se differentes.

43) Nos voluntate nostrâ excitatam rerum objectarum mundi imaginem re vera esse multas res putantes ei vitam afferimus, tanquam ver terrae vitam reddit. Hoc loco autem omnium, qui legerint, quae supra commemorata sunt, animos revoco ad memoriam horum locorum: Kant, Kritik der reinen Vernunft, Transscen-

nium causarum dharmadhâtuum[44] autem omnes sperare, si consederint in bôdhimaṇḍa, sese bôdhi-oculis probaturos sapientiam atque perspecturos esse omnes animi affectus, quatenus aut inanes sint aut veri. Nunc huic horae offerentes eam operam damus, ut poenitentiam excitemus in nobis ipsis, nosque aggredimur ad collocandum poenitentiae librum ipsum,[a] quo ducamur in bôdhimaṇḍam clementiâ auctore, in arâ.

Hoc primum est volumen. Cum ad aram introierimus, jam coepimus[b] dicere haec:

Nos omnes excitantes totum animum sincerum atque reverenter venerantem quodcumque venerari decet reverenter promittimus nos purgaturos tres actiones[45] atque secundum praecepta sanctissime gestu-

dentale Aesthetik, Von dem Raum, quo in capite dicitur hoc: Der Satz: Alle Dinge sind nebeneinander im Raume, gilt nur unter der Einschränkung, wenn diese Dinge als Gegenstände unserer sinnlichen Anschauung genommen werden; deinde extremo hoc in capite dicitur hoc: Dagegen ist der transscendentale Begriff der Erscheinungen im Raume eine kritische Erinnerung, dass überhaupt nichts, was im Raume angeschaut wird, eine Sache an sich . . . sei . . . ., sondern dass . . . ., was wir äussere Gegenstände nennen, nichts anderes als blosse Vorstellungen unserer Sinnlichkeit sein, deren Form der Raum ist, deren wahres Correlatum aber, d. i. das Ding an sich selbst, dadurch gar nicht erkannt wird etc. Hoc autem dicit Schopenhauer: Die Welt als Wille und Vorstellung, Bd. 2, Cap. 22: Hieraus ist zu schliessen, dass jenseit der Erscheinung, im Wesen an sich aller Dinge, welchem Zeit und Raum, und deshalb auch die Vielheit fremd sein muss, auch keine Erkenntniss vorhanden sein kann. Quae res autem revocatur, ut a me factum est, ad Nidânarum catenam hoc loco: Cap. 18: In diesem Sinne also lehre ich, dass das innere Wesen eines jeden Dinges Wille ist und nenne den Willen das Ding an sich. Deinde ille dicit: Cap. 48: Schon die Heiligkeit, welche jeder rein moralischen Handlung anhängt, beruht darauf, dass eine solche im letzten Grunde, aus der unmittelbaren Erkenntniss der numerischen Identität des inneren Wesens alles Lebenden entspringt. Diese Identität ist aber eigentlich nur im Zustande der Verneinung des Willens (Nirvana) vorhanden, da seine Bejahung (Sansara) die Erscheinung desselben in der Vielheit zur Form hat.

44) I. e. omnibus causis sive nidânis excitatorum.

45) Trividha dvâra 三門 or 三業 lit. 3 gates or professions (sc. body, mouth and mind) Purity of body, of speech and of thought. v. E. s. T. d.

a) Ante haec verba inserta sunt in B. verba haec: 梁皇 imperatoris e Liang appellatâ domo. *b)* B. 起.

ros nos.[46] Nos accendimus odores atque spargimus flores, quibus donemus decem regionum pretiosas res atque ea laudibus efferentes Buddharum magna nomina appellamus. Toto corpore nos prosternimus humi refugientes ad Buddhas atque excitantes et significantes poenitentiae animum demimus actionum impedimenta. Nos autem recordamur,[a] nos[b] a temporibus, quae sint sine primordio, usque ad hunc diem in nidânarum errore versatos esse totâ naturâ, menti quidem totius yanae nunquam quicquam notum fuisse, nos, dum hebetior esset oculorum acies,[c] perturbatos esse inanium rerum floribus[47] magis magisque incidisse in vitia atque, ubi bulla surrexerit, eam ibi excitantem undas[d] converti in visionum mare, et profecto semel si quis in uno vestigio temporis[48] obstiterit scientiae veri atque etiam paululum, si quis caruerit eâdem scientiâ, tum illum sibi indulgere atque sese dedere libidinibus atque mente[49] tria venena absorberi[50] atque

46) brahmacarya, aliis locis pro hoc termino reddita sunt sinica haec duo verba: 梵 行 vid. hujus libri fol. 24 a. Illum terminum vere interpretari mihi videor, cum 演 verbi significatio sit to practice atque 梵 verbi brahman, i. e. religious life, vid. Monnier Williams, Sanscrit dictionary, neque inesse in 演 verbo eam notionem puto, quae insit in verbo ipso 三 演 十 二 命 termini significantis the three systems and twelve precepts of Buddha, v. Wells Williams, Chinese dictionary sub 命; nescio enim, quidnam aliud intellegi velit Williams three systems nisi tres yânas: — Mahâ — Madhyama — Hinayâna — sed e nullo loco a me quidem cognitum est eum, qui composuerit hunc librum, scivisse non solas esse has duas yanas: Mahâyanam et Hinayânam, sed tertiam etiam.

47) I. e. vitiis, quae nascantur e cupiditatibus, quae insint in eis, qui ignorent the unreality of all phenomena (= sunya); vid. Williams sub 空.

48) 三 昧 termino aliis locis significatur samâdhi, v. E. s. S., sed hoc loco termino significari «samaya» putans, id quod mihi non discrepare a totius loci sententiâ videtur, hujus significationis auctorem habeo Bunyiu Nanjio, vid. buddh. Tripit. num. 1037.

49) Manas vid. E. s. M.

50) Tria venena esse nihil aliud existimo quam Duccaritanorum ordinis extremos tres terminos vid. annot. 162, nam in Childers, Pali dictionary sub Akusalamulam = improbitatis tres stirpes, vid. annot. 170, enumerantur lobho,

a) Post haec verba inserta sunt in B. verba haec: 受 懺 accipientes poenitentiam. *b)* 等 vacat in B. *c)* Ante haec verba non insertum est in B. 而. *d)* Ante hoc verbum non insertum est in B. 以.

omnium actionum actis omnibus rebus aperiri pulvere excitatarum

doso, moho, desire, hate, ignorance, qui termini sunt iidem, qui sunt tres extremi illius ipsius ordinis duccaritanorum, quorum unus quidem sit permutatus alio, ut commemorabo in annot. 162. Hepburn, Japanese dictionary, autem sub san-doku: 三毒 (Bud.) the three poisons, cupidity, anger and folly, enumerat sui ipsius duccaritanorum ordinis terminos extremos tres, qui quidem sint iidem, quos commemorat Childers enumerans tria venena, atque hic liber fol. 18 b extremos tres terminos ejus duccaritanorum ordinis, qui quidem inveniatur in Childers permutatâ voce irae invidiae voce; id quod factum est item a Williams enumerante duccaritanorum ordinem, vid. annot. 162, atque adjectâ voce irae retentâ memoriâ; pro altero termino autem, qui permutatus sit alio (vid. quae supra commemoravi) quippe qui sit omissus, substitui alium non opus erat, cum hujus libri secundo loco, vid. fol. 26 b, quo non dubitandum est, quin agatur de tribus venenis, pro eodem illo termino ejusdem duccaritanorum ordinis, pro quo Childers substituerit enumerans tria venena alium, idem alius sit substitutus. Monnier Williams, Sanscrit dictionary atque Eitel, Handbook etc. non commemorant tria venena. Ego quidem existimo eum duccaritanorum ordinem, qui inveniatur in Childers, antiquissimum esse omnium, sed hoc loco tria venena intellegenda esse sic, ut commemorantur in fol. 18 b, cupiditatem, iram, invidiam, neque eas, quas commemoret Childers, quae quidem discrepent a sententia loci, cum hoc loco ignorantia sit causa trium venenorum, aliis locis autem rebus honeste gestis dubitationes tolli dicatur. E quibus intelligitur fieri non posse, ut ignorantia intellegatur unum e tribus venenis. Quid? quae cum ita sint, nonne fieri possit, ut duccaritanorum ordinis illa vox dubitationis intellegam unum e tribus venenis? Ex ignorantiâ enim nascuntur d u b i t a t i o n e s + (c u p i d i t a t e s e t i r a = i m p r o b e r e s g e s t a e), (q u i b u s a u t e m s u b l a t i s = r e b u s h o n e s t e g e s t i s) tollantur et ipsae dubitationes et earum causa, i. e. ignorantia. Sed, ut non dicam dubitationem neque esse unum e hujus libri duccaritanorum ordinis neque e trium venenorum terminis, neque ceteris omnibus locis esse unum e trium venenorum terminis, cum hoc in libro ipso in trium venenorum numero invidia enumeretur, invidiae vox, si intellegatur unus e trium venenorum terminis, melius congruere id mihi videtur cum sententia hujus loci; ignorantia enim, quâ unâ voce comprehenduntur omnium dubitationum causae, est causa rerum improbe gestarum, quibus sublatis dubitationes eoque ignorantia tolluntur; quae cum ita sint, accidit, ut et causae sint unius generis et effectus; nam ignorantia et dubitationes artissime conjunctae res sunt, cum, ut putant buddhistae, et ignorantia omnium dubitationum sit causa et ex ignorantia necessario oriantur dubitationes. E quibus omnibus intellegi potest, quomodo factum sit, ut ignorantia enumeretur in trium venenorum numero. Sicut autem ignorantia dubitationum est causa, sic invidia est causa odii sive irae. Hujus libri utroque loco igitur pro effectu causa est substituta, sed altero loco (fol. 18 b) servato et ipso effectu et omissâ causarum causâ ipsâ. E quibus omnibus autem intellegi potest hujus libri eo loco (fol. 18 b), quo nominatim enumerentur tria venena

molestiarum octoginta milia portarum,[51] atque illos tum excitare centum milia cupiditatibus[52] genitarum difficultatum atque voluptatum libidinumque mundum, sicut efferatus elephantus non possit retineri uncis, atque illos irruere in pravas Nidanas ita, ut comparari possint cum tineis, qui involent in ignem, poenam autem esse sicut collis sive montis robur atque actionum eventus futuros esse sicut caerulei maris altitudinem atque, si cujus honesti stirpes jam minutae sint, tum timendum esse, ne difficile sit illum evitare improbitatis fructus. Nunc

— termini autem trium venenorum, qui eo loco enumerentur, etiam sunt, id quod argumentis confirmavi, qui intellegantur hoc loco — minime omnium conservatos esse antiquissimos terminos. Nam, quamvis Williams enumerans Duccaritanorum ordinem permutet iram invidiâ haud adiciens iram memoriâ retentam, tamen ille facit nihil aliud nisi substituit fontem rei pro re ipsâ, omittens nihil, quod pertineat ad rem ipsam, cum hoc libro et res ipsa et fons juxta positae enumerentur, naturâ ipsâ autem ab iis diversa causarum causa ipsa omittatur, sive ex eâ tria venena ipsa gigni dicatur. Neque magis neque minus quam a Williams conservantur antiquissimi termini iis locis, quibus enumerentur cupiditas, ira, ignorantia, id quod fit a Childers enumerante tria venena et huius libri iis duobus locis, altero, quo enumeretur duccaritanorum ordo, altero fol. 26 b et a Hepburn et enumerante duccaritanorum ordinem et tria venena, nisi quod a Williams conservantur duccaritanorum ordinis etiam alii antiquissimi termini, qui conserventur nullis locis, quibus agatur de rebus buddhicis, neque Sinorum neque Japonorum. Ab Eitel autem enumerante duccaritanorum ordinem conservantur trium venenorum antiquissimi termini maxime omnium.

51) Octoginta milium numero et octoginta quattuor milium numero, qui quidem sint termini proprii sermonis buddhici, buddhistae utuntur invicem, vid. annot. 167. Yamae, Orcorum regis, ut exempla afferam, imperio subjectus est exercitus 80.000 militum, tertia dêvalôka in circuitu 80.000 yôdjanarum est, v. E. s. Yama. Saepe scriptores inter se discrepantes alii scribunt $84.000 \times 1, \times {}^1/_2, \times {}^1/_4 = 84.000, 42.000, 21.000$, alii scribunt $80.000 \times (1, {}^1/_2, {}^1/_4) = 80.000, 40.000, 20.000$, vid. Beal, pag. 45. Et in palico sermone confecto libro, qui inscribitur Milinda-Panho, narratur sapientem Nagasenam stipatum esse 80.000 bhikkhuum asitiya bhikkhusahassehi saddhim, vid. pag. 23 edit. Trenckner. 塵 terminum autem intellegendum esse bahyas ayatanas existimo, vid. E. s. Vidjñâna, cum hac notione termini magis e consuetudine sermonis buddhici significetur phaenomenorum mundum re vera non esse, quam si 塵 atomos interpretaremur.

52) Sive rebus adversis; buddhistae enim cupiditates esse easdem atque res adversas censent; alias quoque gentes, quae non profiteantur fidem buddhicam, has atque illas easdem esse censere, quod, ut facile intellegatur, ne longior sim, solas Leidenschaft (leiden), passio (pati), πάθος (πάσχω) voces commemorabo et Germanicas et Latinas et Graecas.

autem rursus[a] diligentissime[b] [53] omnia ea recordamur atque commutamus animos nostros. Extrinsecus frangimus[54] et superamus Nidanas, intrinsecus autem concepimus poenitentiam. Itaque convocato hoc praesente in buddharum conspectum ad restituendos animos in integrum deducto conventu perlegimus poenitentiae addictum sanctum librum. Oculos tollentes ad mille Buddharum majestatum splendores precamur, ut multis nascendi condicionibus genitas culpas atque squalores abluant. Si hoc modo precamur, Buddhae certe miserebuntur nostri. Oculos attolimus ad magnam clementiam caliginoso odorum fumo magis magisque obductam.

[c]Neque supra coelos neque infra coelos quidquam comparari potest cum buddhis, neque mediis in decem regionum mundis quidquam comparari potest cum iis, quidquid medio in mundo vidimus, omne illud non comparari potest cum buddharum naturâ, [d]Magna Clementia, Magna Misericordia misereatur omnes, magnâ laetitiâ atque magnâ repudiatione[55] liberentur, qui perseverent in Vidjñânis. Nos adjuvantium atque diligentium splendorum auxilio autem nostrâ sponte reverentes nos omnes elato animo refugimus[56] ad Buddhas atque veneramur.

53) 慇勤 terminis proprie vereque dicitur illud aegro animo diligenterque, sed 慇 terminus non raro substitutus est pro 殷 termino; 殷勤 termini autem very attentive to certa ac propria vocabula sunt.

54) 托＝拓。拓猶折也亦拾也。vid. K'ang-hi sub 拓.

55) 喜 voce significatur prîti joy et 捨 voce Upêkchâ to abandon, quarum utraque est una e septem bodhyangis = seven branches of intelligence, one of the categories which form the 37 bôdhi pakchika dharma = a series of qualifications which all those must obtain who wish to become Buddhas, vid. E. s. B. et s. B. P. Dh. Condicione, quae nominatur Prîti, praeparatur animus ad Samâdhim, atque Upêkchae vocis notio est illius vocis similis, quae cum sit esse ea condicione which «abandons» the exercise of the mental faculties, vid. E. s. P. et s. U.

56) 命信也。信順天命 vid. K'ang-hi sub 命.

a) B. 在 = sumus recordantes. *b)* B. 懃. *c)* Ante haec verba inserta sunt in B. verba haec: 南無普賢王菩薩摩訶薩｜三稱｜次舉讚佛偈: Ave Samantabhadra rex, Bôdhisattva, Mahasattva! Triplici invocatione haec verba exclamentur. Deinde aggrediuntur ad canendum Buddhas laudibus efferentem Gâtham. *d)* «Magna — veneramur» vacat in B.

Aggredimur ad utendum[57] ipsis poenitentiae adhortationibus, quibus ducamur in Bôdhimaṇḍam clementiâ auctore, eodem animo atque illi affecti refugimus ad trium mundorum buddhas.

Avete praeteritorum temporum:

Vipasyin Buddha!

Ave S'ikhin Buddha!

Ave Vis'vabhû Buddha!

Ave Krakutchanda Buddha!

Ave Kanakamuni Buddha!

Ave Kâs'yapa Buddha![58]

Ave nobis traditae doctrinae parens S'âkyamuni Buddha!

Ave futurorum temporum Mâitrêya Buddha.

[a]Quae non antecelli potest ullâ re, subtilissimam miram dharmam [dh. hoc loco = literarum buddhicarum monumenta] percenties milies decem milia kalparum[59] difficile erat contingere nos, nunc autem contigit eam videntibus et audientibus nobis, ut eam nacti in manibus gestemus, itaque precamur, ut intellegamus Tathâgatae[60] veram sententiam.[61]

Poenitentiae adhortationum, quibus ducamur in Bôdhimaṇḍam clementiâ auctore, volumen primum.

Nos in titulo hujus libri quattuor haec verba [quattuor quidem sunt verba sinica]: clementiam et Bôdhimaṇḍam collocavimus, quod ea illius somnii auxilio nacti sumus [verba ipsa sunt: quod ea in somnio excitata sunt].[62] Mâitrêya Lôkadjyèchṭha iam clementiâ suâ auxit praesentem mundum, misericordia ejus attinget etiam sequentes

57) 運用也 vid. K'ang-hi sub 運.
58) Vid. E. sub Sapta Buddha.
59) Vid. E. sub K.
60) Vid. E. sub T.
61) I. e. veram sententiam a buddhis traditarum doctrinarum.
62) 夢感 obtained in a dream, vid. Bunyiu-Nanjio, num. 1657.

a) «Quae — sententiam» vacat in B.

kalpas, quâ de causâ utimur illâ inscriptione neque audere possumus commutare illud. Hanc memoriae potentiam[63] nacti conservabimus [i. e. illarum rerum memoriam retinebimus] tres pretiosas res atque in melius deflectemus Mârae[64] obscurationes atque reprimemus nostrum ipsorum valde auctam atque provectam superbiam. Si quis nondum posuerit honesti stirpes, nunc ponat eas, sin jam honesti stirpes posuerit, nunc augeat eas atque alat. Si quis autem id agat, ut sit in numero eorum, quibus contigerit, ut adhaerescant phaenomenis, omnes ii excitent omnium rerum contemptionis atque separationis ab iis animum. Si quis autem laetatus sit minore dharmâ, is non dubitet de majore,[65] sin laetatus sit majore, is excitet laetitiam.[66] Porro haec misericordia regnat mediis in rebus honeste gestis [i. e. magni momenti est ad res honeste gerendas sive excitat eas], ille locus autem, quo refugiunt omnes, comparari potest cum sole interdiu lucente et cum lunâ noctu lucente, hic est hominum oculus, hic est hominum dux, hic est hominum pater et mater, hic est hominum frater omnesque universos ducit ad Bôdhimaṇḍam efficiens veri scientiam, clementiae parens plus valet carne et sanguine [i. e. consanguineis]. Quamquam multa per saecula continua mortui sumus, tamen nunquam a nobis discessit; quâ de causâ putamus animum ejus comparari posse cum oculo itaque appellamus eum eodem modo, quo supra.

Hujus diei Bôdhimaṇḍae et arcanus et apertus[67] magnus conventus, nos instituimus hanc poenitentiae dharmam [dh. hoc loco = cultum] atque excitamus magnum animum. Sunt duodecim magnae

63) Smritîbala, vid. E. sub Smriti.

64) Hic terminus hoc quidem modo per compendium scriptus non inest in E. sub M., sed sub Marakâyikas et in B. N., num. 517.

65) Nescio, quid sonent hae voces minoris et maioris dharmae, sed illam intellegendam esse eas partes literarum buddhicarum monumentorum, quae sint faciles ad intellegendum iis, qui nondum intellegant ad intellegendum difficiliores partes (= majorem dharmam) arbitror.

66) Hanc laetitiam distingui ab illâ modo commemoratâ eamque esse supra commemoratam Prîtim ipsam existimo.

67) Duabis his vocibus significari arbitror simile aliquid terminis his christianae ecclesiae: ecclesiae apertae et ecclesiae, quae cerni non possit.

Nidanae. Quae sunt hae duodecim?[68] Primum precamur, ut transformationum sex viarum[69] animi sint probi finibus nullis admissis, alterum, ut pro gratià gratiae relatae gratià merita bona sint nullis finibus admissis; tertium precamur, ut hujus honestae rei opibus fiat, ut omnes ii, qui quidem acceperint, quae a buddhis interdicta sint, non excitent delinquendi animum, quartum, ut hujus honestae rei opibus fiat, ut universi omnes non excitent animum superbiae in venerabiles senes, quintum, ut hujus honestae rei opibus fiat, ut omnes, qui quidem in vitis sint, non excitent irae animum, sextum, ut hujus honestae rei opibus fiat, ut universi omnes non excitent invidiae animum in cujusquam alius corporis formam, septimum, ut hujus honestae rei opibus fiat, ut, quod et attinet ad interiorem et ad exteriorem dharmam,[70] universi omnes non excitent avaritiae animum, octavum, ut hujus honestae rei opibus fiat, ut omnes ii, qui quidem felicitatem comparare velint, non sui ipsorum causâ id faciant, sed hi omnes id faciant omnium inopiae praesidii tutelaeque gratiâ, nonum, ut hujus honestae rei gratiâ fiat, ut universi omnes non sui ipsorum causa gerant [i. e. utantur dharmis] quattuor sedationis dharmas,[71] decimum, ut hujus honestae rei gratiâ fiat, ut omnes ii, qui quidem videant, qui sint orbati et soli et qui in carcere sint vinculis constricti et qui morbis laborent, excitent animum adjuvandi et vindicandi ita, ut illi adipiscantur tranquillitatem et laetitiam, undecimum, ut hujus hone-

68) Hae duodecim nidanae ab omni parte discrepant, id quod non neglegendum esse puto, a nidanae terminis, qui quidem insint in E.. Nidanis hoc loco nihil aliud significatur nisi has duodecim preces emittentium poenitentiam confectam esse re ipsâ impetratâ.

69) 六道 Gàti the six paths of transmigration or six conditions of sentient existence: viz.: dêvas, men, Asuras, beings in hell, Prêtas and animals, vid. E. s. gâti.

70) Nescio, quid sonent hae voces et interioris et exterioris dharmae, sed interiorem dharmam intellegendam esse alicujus sententias, exteriorem autem mores ipsos arbitror.

71) 四攝法 Tchatvarisañgrahavastuni lit. 4 means of pacification, 1. Dâna 布施 almsgiving. 2. 愛語 words of love Priyvatchana. 3. Arthakriyâ 利行 conduct which benefits (others). 4. Samânarthathâ 同事 harmonious working (with and for others), vid. E. sub T.

stae rei gratiâ fiat, ut, si in omnium numero sint, qui opprimant et subigant[a] alios, illi opprimantur et subigantur, et, si sint, qui cum pace excipiant alios, illi cum pace excipiantur, duodecimum, ut hujus honestae rei gratiâ fiat, ut omnes, qui quidem in vitis sint, perpetuo meditantes de sui ipsorum naturâ, excitent bôdhi-animum hique perseverent in bôdhi-animo neque desistant ab eo.

Oculos tollentes precamur, ut et ab arcano et ab aperto magno omnium sanctorum[72] conventu universo magis magisque tegamur atque custodiamur atque ab iis universis magis magisque jam pace excipiamur atque ab iis fiat, ut, quae nos, qui poenitentes animos in integrum restituimus, precamur ab iis, bene succedant atque adaequent, quae sint buddhis in animis, et adaequent, quae buddhae precantur, itaque fiat, ut, qui sint in sex viis atque qui sint quattuor nascendi condicionibus, omnes ii possint[b] consequi impetratu illud, quod bôdhi-preces emittenter omnes precantur.

Caput primum.

De refugiendo ad tres res pretiosas.

Hujus diei Bôdhimaṇḍae ejusdem actionis magnum conventum singulos unumquemque oportet excitare intelligentiae [i. e. bôdhi] mentem atque recordari mundos non esse aeternos neque formas esse diuturnas atque, quidquid aetate floreat aut robustum sit, esse interiturum. Nolite confidere rerum speciebus ut sempiternis, nam id facientes consequimini illud commorari in impure vivendo.[73] Omnes

72) 凡聖 terminis aliis locis significantur haec: laic and clerical, vid. Williams sub 凡 et sub 是 eam sententiam, quam extremam offert ille exempli gratiâ. Sed hoc loco terminum illum nullo pacto laicos esse intellegendos existimo.

73) Sive: e Chaḍâyatanis (vid. E. sub Vidjñâna) gignitur illud impure vivere, sed illa interpretatio esse praeferenda mihi videtur huic; quae cum ita interpretamur, enim sequitur, ut paucis verbis, quae paulo post sequuntur, reciprocentur quidem haec omnia; et 處 termino non additus est, id quod solet, numerus senarius.

a) B. 伏. *b)* B. 悉 omnes.

res non perpetuae sunt. Omnes res interiturae sunt. Supra coelos, infra coelos, quis est, qui possit esse quisquam commorans in vita? Juventus, vigens color oris, musculorum et cutis vigor et levitas, mundus respirationis odor, integritas, haec omnia certe non sunt sanitas.[74] Ortu hominum haec omnia conjuncta sunt, sed fieri non potest, quin ea conterantur atque extinguantur. Ex iis nascuntur senectus, morbi, mors. Si quaeras de tempore, quo attingat illud, dicam illud non exspectatum fore. Quis est, qui sibi refrenet atque eximat id?[75] Calamitates et noxae repente accidunt neque possumus effugere eas. Itaque omnes denique, summi et infimi, moriuntur, eorum corpora autem turgescunt, male olentia fiunt neque olfieri possunt. Inanium [i. e. = s'ûnya][76] amore id moleste fertur. Quae tandem commoda insunt in rebus?! Si aliud quid reperitur atque honeste agere et egregiae actiones, non fieri potest, quin consequamur separationem animi a rebus externis. Nostri ipsorum autem formae solae comparari possunt cum rore matutino,[76] nostri vita[77] autem accurrit ad occidentalem splendorem.[78] Commorantes in vitis pauperes sumus et inopes atque caremus meritis, quae laudibus efferri possint. Scientia nostra caret perspicuitate scientiae virorum magnorum et divinorum sanctorum hominum, atque intelligentia nostra caret sanctorum acumine judicii. In verbis nostris non insunt ornamenta fidei, concordiae, humanitatis, honesti atque actiones nostrae carent progrediendi et rece-

---

74) Hoc loco memoriâ retinendum esse existimo, quid proprie significetur 身保 terminis sinicis; quibus autem significatur corporis conservatio, i. e. id, quod tuetur corpus a rebus, quae deleant id.

75) Id = cupiditates, quippe quae sint causae ipsae inanium phaenomenorum.

76) Vid. Williams sub 空 ... unreality of all phenomena (= sunya) comparing them (i. e. the phenomena) to dreams, shadows, lightning, dew, bubbles; cum his, cum quibus comparari solent phaenomena, non multum discrepant illa, cum quibus comparantur quinque skandhae in Bunyiu Nanjio, num. 653 «on the comparison of the five Skandhas with foam, a bubble, flame, a plantain and vision». Vid. illa quoque, quae enumerantur in 科儀 fol. 5, cum quibus comparentur phaenomena (bubble, vision resp. dream) et E. sub S'ûnya.

77) I. e. melior pars nostri.

78) I. e. Sukhavati, paradisus ille ad occidentem spectans, the realm of Amitâbha (boundless light), vid. E. sub S. et sub A.

dendi superioribus et inferioribus gradibus. Errore adducti excitavimus talem animum[79] in nobis ipsis atque destitimus humanitate. Oculos tollentibus atque genibus nixis nobis omnibus est animus e poenitentiâ ac timore mixtus. Ubi primum cui illius nitendi dharmâ [dh. hoc loco = pars Triratnae] tempus exstitit, illud sequi libidines non jam assequitur illum. Ab hoc uno manat separatio animi a rebus externis. Itaque precamur, ut unusquisque omnibus viribus contendat, ut devoto animo mane et vespere ipse condonet condonendos condonendis rebus itaque diligenter augeat nervos opesque.[80] Ea sola parant laetitiam.

Oculos autem tollimus precantes, ut nos omnes unusquisque sumat talem animum atque induat sibi loricam patientiae et introeat in portam subtilis dharmae [dh. vid. pag. 25].

Huius diei Bôdhimaṇḍae ejusdem actionis magnum conventum unumquemque oportet excitare fortissimum animum, non autem desidiae sibique indulgendi animum, tranquillum et constantem animum, magnum animum, excellentem animum, magnae clementiae animum, rebus honeste gestis gaudentem animum, laetitiâ gaudentem animum,[81] gratiam referentem animum, omnes trajicientem [i. e. trans mare transmigrationum] animum, omnes custodientem et tuentem animum, omnes servantem et tuentem animum, Bôdhisattvarum animis aequalem animum, Tathagatae animo aequalem animum, unicum animum, elatam mentem. Toto corpore nos prosternimus humi reverenter et terrarum dominorum et regum et imperatorum, et terrarum incolarum, et patrum et matrum et magistrorum, et seniorum, et primo et medio et extremo loco sedentium,[82] et bonum malumque cognitum habentium devarum et richium et mundos tuentium quattuor re-

79) I. e. qui petat inania phaenomena.

80) Vîrya, one of the seven Bodhyanga. Vid. E. s. V.

81) Has duas voces gaudendi intellegendas esse gaudium distinctum a laetitia existimo, cui, ut supra commemoratum est, nomen est «Prîti».

82) Hos intellegendos esse puto eos, qui accubuerint certo ordine ad gradus servato, id quod non repugnat 上座 voci, quâ aliis locis significantur abbates, vid. E. s. Sthâvira, qua voce significantur abbates a buddhistis aetate posterioribus.

gum[83] et rebus honeste gerendis praesidentium et res improbe gestas punientium, dhâranîs et mantras[84] custodientium protectasque tenentium quinque regionum nagarum regum et nagarum geniorum octo generum[85] et in decem regiones late patentium, quorum numerus exhauriri non potest, animam habentium, vidjñânis annexorum omnium, qui quidem sint et in aquae et in terrae et in vacui[86] mundis, gratiâ refugientes ad decem regionum vacui mundos complentes omnes buddhas,[a] — sequuntur corporis inclinationes — refugientes ad decem regionum vacui mundos complentes omnes venerabiles dharmas, — [b]sequuntur corporis inclinationes — refugientes ad decem regionum vacui mundos complentes omnes sapientes et sanctos homines. [c]Sequuntur corporis inclinationes.

Hujus diei Bôdhimaṇḍae ejusdem actionis magne conventus! Quâ de causâ nobis refugiendum est ad tres preciosas res? Buddhae et Bôdhisattvae utuntur magnâ clementiâ, quae est bona nullis finibus admissis et quae possit traicere omnes, qui sint mediis in mundis, trans mare transmigrationum et eripere eos ex illo, iidemque utuntur magnâ misericordiâ, quae est bona nullis finibus admissis et quae possit tranquillare et placare animos eorum, qui sint mediis in mundis, et quâ commoti meminerint omnium tanquam unici filii. Eorum magna misericordia et magna clementia sine intermissione caret lassitudine et remissione semperque ab illis indagantur honestae res[87] et iuvantur omnes atque ab illis hoc fere jusjurandum juratur,[89] sese

83) Dhritarâchṭra, Virûḍhaka, Virûpâkcha, Danada, vid. E. sub Tchaturmahârâdjas.

84) Vid. E. sub D. et sub M.

85) De 5 regionibus et 8 nagarum geniorum generibus, i. e. 8 classes of beings (superior to man), de quibus unum est nagarum geniorum genus, agitur in E. sub Nâga.

86) I. e. coelorum.

87) Merita, quae exstiterint e rebus honeste gestis.

89) His quoque locis probatur interpretatio, quâ utor interpretans titulum hujus libri; nam conferas hos locos cum Kwan-Tseu-Tsai-Bodhisattvae jurejurando, quod commemoravi in exordio (pag. 3) et cum verbis aliquantum ab illo discre-

a) b) c) B. — 拜 sequitur una corporis inclinatio.

exstincturos ignem trium venenorum omnium atque effecturos conversione docendo factâ, ut adipiscantur omnes: anuttaram samyaksam̃bodhim,[88] juraturque sese non ante assumpturos bôdhim quam omnes adepti sint buddhim. Cujus liberalitatis illorum causâ nobis refugiendum est ad illos. Quid? Buddhae misericordi animo cogitando de omnibus superant patres et matres [i. e. patrum et matrum misericordiam]. Haec fere sunt sutrarum verba: Misericordia, cum quâ patres et matres cogitant de liberis, finitur unâ aetate, misericordiae animus autem, quo animo buddhae cogitant de omnibus, exhauriri non potest. Quid? Patres et matres videntes liberos repugnantes benevolentiae et repudiantes honestatem animo excitant iram et indignationem atque eorum misericordiae animus minuitur et remit-

pantibus, quibus Kwan-yin in Beal, à. c. o. B. s. pag. 406 jurejurando omisso vovet «whilst the recitation of these divine sentences is ineffectual to deliver creatures from the three evil ways of birth (vid. E. sub Gâti), I vow, never to arrive at the condition of Buddha etc. Nos, si confundamus verba utriusque loci modo commemorati, illud prope accedat ad sententiam horum locorum. Si igitur ex illo jusjurandum eligentes, ex hoc verba, quibus K. vovet sese non antea Buddham exstiturum, illa assumamus utrique loco et si illa verba, quae sint in extrema parte hujus loci: full answer to their prayers et illius verba illa: deliverance to all creatures intellegenda esse buddhim putemus, illud fere congruat cum his locis. Sed e his quidem locis intellegi potest fieri posse, quod quidem notabile est, ut aliquis, qui ante hoc tempus ne infimum quidem i. e. bôdhim assumere velit, juret sese aliis comparaturum itaque fieri non possit, quin facere id nequeat, opibus suis superius aliquod, i. e. anuttaram samyak-sambôdhim et buddhim ipsam. Itaque existimandum esse puto illos quidem (K. sive Mâitrêyam), cum ii, quippe qui sint Bôdhisattvae, jam possideant et Bôdhim et a. s. s. (vid. Beal, a. c. o. B. s. pag. 382 A. S. S.: This is the condition usually assigned to the Bôdhisattva, before arriving at the state of Buddha) desistere sui ipsorum causâ uti illis, neque vero aliorum causâ ita, ut fieri possit, ut aliis eum statum, in quo ipsi sint, et cum jam in eo sit, ut assumant buddhim, etiam hanc comparent. Sed restat quidem, ut dicam ea, quae agantur de bôdhi et de a. s. s. in E., discrepare cum his omnibus, vid. sub Bôdhidruma ‚when he became Buddha, i. e. obtained bôdhi‘ et sub A. S. S. This term (A. S. S.) signifies the characteristics which every Buddha possesses.» Sed illud mihi non vere dicere videtur ille, quippe cum fieri non possit, quin Bôdhisattvae, qui nomen habeant e bôdhi, possideant hanc ipsam, et cum illa, quae a Beal dicuntur, petita sint a libro, cujus verba an vere interpretetur, a me probari potuit, cum nesciam, unde petita sint, quae ab E. dicuntur.

88) Vid. E. sub A. S. S.

titur, sed buddharum et bôdhisattvarum misericordiae animus non est ejusdem modi. Eorum hos omnes videntium misericordiae animus augetur et geminatur. Quod autem attinet ad horum introitum in eum Orcum, in quo locus absit intermissionibus poenae,[90] mediam in igneam rotam, pro omnibus, qui quidem sint, immensas illi molestias accipiunt. Profecto scitote buddhas et magnas bôdhisattvas misericordi animo cogitando de omnibus superare patres et matres, in omnibus autem inesse ignorantià[91] conversam scientiam et cupiditatibus conversum animum ita, ut ad buddhas et ad bôdhisattvas refugere nequeant, atque, ubi primum oratio habita sit de dharmâ [dh. hoc loco: literarum buddhicarum monumenta] atque docendo conversuri fuerint animos, tum illi non illam esse veram doctrinam credentes illam accipiant, sed asperrimis verbis utentes locum calumniis relinquant. Nunquam antea excitaverunt talem animum, quali meminerint buddharum benevolentiam, quâ fide non habitâ illis inciderunt medias in malas vias orcorum, esurientium daemonum, bestiarum,[92] communiter[a] ingredientes tres vias atque accipientes immensas molestias atque, ubi primum poena esse desivit iisque contigit, ut evadant ex illis, cubito vivunt cum hominibus, sed stirpes[93] non jam sunt apparatae, ut possint consequi gravitatem, neque adest dhyânae[94] aqua, neque adsunt sapientiae opes. Ejusmodi difficultates emanant ex animo, quo non fides habeatur buddhis etc.

Hujus diei Bôdhimaṇḍae ejusdem actionis magne conventus! Buddhis non habitae fidei scelus omnium scelerum est summum; quo effici potest, ut aliquid agentes homines diu non videant Buddhas.

---

90) Orcus, qui appellatur Avîtchi, hell without interruptions. The last of the 8 hot hells so called because the culprits there die and are born again in uninterrupted duration though not without hope of final redemption, vid. E. s. A.

91) Avidyâ, the last of the 12 Nidânas viz. ignorance which mistakes the illusory phenomena of this world for realities. Vid. E. s. A.

92) Naraka, Prêta etc. v. E. s. Gâti.

93) I. e. honesti stirpes (kusalamûla).

94) Vid. E. sub D.

---

a) B. 徧.

Conjuncti omnes unusquisque hodie suâ sponte est concitato animo.[95] Nos frangimus Manatem et repellimus animi impetus. Nos excitamus animum auctum et elatum, nos excitamus poenitentiae mentem, nos caput inclinamus humi et petimus misericordiam, nos poenitet eorum, quae a nobis peccata sunt. Si non talem animum, quali eo demum tempore, quo actiones jam sint accumulando exhaustae et omnia, externa et interna [i. e. et manu gestae res et ore et mente] jam sint pura, consilia agitemus introeundi in portam fidei Buddhis clementiae auctoribus habitae et refugiendi ad eam, excitamus et talem mentem agitamus, statim metus sublatus est et vix fieri potest, ut difficultatibus percutiamur atque semel si quis tale propositum non tenuerit, adumbrata est intelligentia luce non nisi multo post redeunte. Num contigit nobis, ut simus homines, qui non sint homines? [i. e. potiores hominibus, qui possint suis sibi opibus ipsis parare salutem]. Toto corpore nos prosternimus humi tanquam si magni montis labes facta sit. Toto animo nos refugimus ad fidem Buddhis habitam neque denuo dubitantes de Buddharum clementiâ animo cogitamus de illis. Nos hodie Buddharum et Bôdhisattvarum misericordiae animi opibus incipimus eis gratiam debere pro intelligentiâ ab illis acceptâ. Nos penitus excitamus poenitentiam eorum, quae a nobis peccata sunt, et nos precamur, ut illi eximant ea, quae jam non peccata sint a nobis, ita, ut non audeamus denuo facere, quae sint ejusdem generis, sed, ut ab his temporibus usque illud temporis, quo adipiscamur bôdhim excitemus nos ad firmam fidem buddhis habitam utque non denuo cessemus in retinendâ virtute, sed, ut hujus corporis vitam ponamus. Sive viventes in viâ eorum, qui in Orcis vivant, sive viventes in viâ Prêtarum, sive viventes in viâ bestiarum, sive viventes in viâ homi-

95) Eo modo ambo termini redditi sunt in omnibus vocabulorum sinicorum thesauris ab Europaeis compositis, in quibus quidem requisiverim eos. 康熙 quoque interpretatur 慷慨激昂之意 sub 慷. Sed in huius libri 音釋 definitio vocum est haec: 慷慨感傷之意. Ego autem terminos non hoc modo interpretandos esse puto, quod illâ interpretatione acceptâ et orationis partes concinnae sunt et item dubito, an fides habenda sit certis aliis, quae in 音釋 afferuntur infra ad interpretandos nonnullos alios locos huius libri.

num, sive viventes in viâ devarum,[96] sive mediis in tribus mundis, sive nacti virile corpus, sive nactae muliebre corpus, sive nacti corpus nec virilis nec muliebris generis, sive utentes magno corpore sive parvo, sive ascendentes ad majora sive delabentes ad minora,[97] vexationes difficiles ad tolerandum et difficiles ad perpetiendum accipimus, juramus nos non ab eas molestias remissuros esse et amissuros hujus diei animum fidei Buddhis habitae. Malumus per mille kalpas atque etiam per decem milia kalparum molestias omnium generum accipere. Juramus nos non ob eas molestias esse remissuros et amissuros hujus diei animum fidei Buddhis habitae. Nos oculos tollentes precamur, ut Buddhae et magni terrarum Bôdhisattvae universi magis magisque nos vindicent [e mari transmigrationum] et tegant et universi magis magisque nos cum pace excipiant. Utinam nostri fidei Buddhis habitae animus firmus sit, adaequans, quae sint buddhis in animis, et adaequans, quae buddhae precantur, ita, ut eum Mârakâyikas[98] et haeretici[99] omnes non possint frangere. Conjuncti omnes elato animo aequaliter et uno tempore quam studiosissime toto corpore nos prosternimus humi refugientes ad decem regionum vacui mundos complentes omnes buddhas, — sequuntur corporis inclinationes -- refugientes ad decem regionum vacui mundos complentes omnes venerabiles dharmas, — sequuntur corporis inclinationes — refugientes ad decem regionum vacui mundos complentes omnes sapientes et sanctos homines — sequuntur corporis inclinationes —.

Hujus diei Bôdhimaṇḍae ejusdem actionis magne conventus! Ad res honeste gerendas exquiramus animum nostrum et orationem. Perturbamur nos Mahâmayâ, inani specie rerum objectarum. Sed mundus inanis est, re vera mundus non est. Cum autem perturbemur eius inani specie, ille autem re verâ non sit, nobis non est verus fructus, et cum ille inanis sit, re verâ non sit, sit fluxus, sit

96) Quod hoc loco mentio non facta est viae Asurarum, existimo esse nullius momenti.

97) In 6 viis.

98) M. vid. E. sub M.

99) Quod attinet ad haereticos, vid. E. sub Thîrthakas.

inconstans, nobis sunt vicissitudines, quarum numerus exhauriri non potest. Cum autem non sit verus fructus, eam ob rem diu impedimento sumus moriendi et vivendi flumini, et cum vicissitudines etiam atque etiam renoventur, eam ob rem diu natamus[a] in mari amoris et hoc genitarum molestiarum. Ejusmodi autem sunt ex eis, qui quidem sint, ii, de quibus sancti homines misericordi animo cogitent. Eâ de causâ insunt in sutrâ, quae inscribitur Misericordiae flos,[100] verba haec: Bôdhisattvis et perfectis Buddhis unicuique sunt principalia desideria. Çâkya igitur non sese revelavit longos per annos, sed comprimens eos sibi paravit brevem aetatem. Miserens hos omnes commutat breve in tempus mare longum gurgitum[101] et molestiarum, et cum excedere e mari non possint, vivens hac in terrâ vindicat eos a vitiis et a malis et quamquam in ejus doctrinam conferuntur repugnantia, obstinata, aspera, acerbe dicta verba, tamen non deserit eos, cum sint in rebus adversis, sed traicit omnes [trans mare transmigrationum] necdum factum est, quin bonae dharmae [dh. hoc loco = literarum buddhicarum monumenta] opibus[102] aperuerit animum vindicandi alios e molestiis et juvandi eos. Eâ de causâ insunt in Samadhi-sutrâ verba haec: Buddharum animus est misericordia magna et clementia, quo animo misericordi miseret eos eorum, cum quibus conjunguntur animi consensu; conjunguntur autem animi consensu cum omnibus, quibus quidem sint molestiae, atque eo animo, cum vident omnes accipientes molestias et vexationes, ii eo tempore afficiuntur tanquam si sagittâ percutiatur eorum cor, illâ re dolore et tanquam si diffringantur oculi et postquam viderunt illud, ii eo animo miserentes illorum flent atque eorum animus ne paulum quidem requiescit, sed eo animo cupiunt eripere illos ex illorum molestiis ita, ut illi adipiscantur tranquillitatem et laetitiam. Item Bud-

100) Karunâpundarîka-sûtra, liber hic relatus est in Bunyiu Nanjio etc., numero 142.

101) Vid. annot. 108.

102) 力便 Upaya (the knowledge of) the proper means (sc. which convey people to Nirvâṇa). One of the 10 Pâramitâs.

a) B. 汎.

dharum aequali sapientiâ convertuntur omnes eodem modo usque ad Çakyam. Nominatim appellatus ille virili animo atque fortis, cum possit tolerare molestias, poterit traicere omnes trans mare transmigrationum et eripere eos e miseriis. Nobis non nesciendum est nobis traditae doctrinae parentis [i. e. Çâkyae] misericordiam et favorem profecto esse magna, quibus possit cum omnibus, quibus sint miseriae et vexationes, loqui habens omnium generum sermones, quibus juventur omnes. Nos autem hodie non gratiam referimus illi pro liberatione et ereptione nostri a miseriis, et progredientes ne unius quidem vocis sententiam audimus, neque recedentes videmus duas illas arbores[103] arcano micantes; id, quod quidem est, quod actionibus nostris difficultates sint et quod difficultates sint cogitando de aliis misericordi animo et misericordiae nostrae. Sed conjuncti omnes hodie excitemus animum amoris miserentis omnium et misericordi animo nos amantis Tathâgatae causâ nos quoque simus honesto animo, benevoli, magnanimi et, cum jam simus mediis in miseriis, meminerimus Tathâgatae favorem et eheu! exclamantes et tacite flentes simus solliciti et vexati conscientiâ culpae nostrae, poenitenti facie, tacite flentes commotiore animo.[a] Nos igitur aequaliter et uno tempore quam studiosissime toto corpore nos prosternimus humi elato animo reverenter et terrarum dominorum et regum et imperatorum, et terrarum incolarum et patrum et matrum et magistrorum et seniorum et tribus pretiosis rebus fidem habentium munerum auctorum[104] et bonum malumque cognitum habentium devarum et richium, et

103) I. e. duas illas arbores, cujus generis arbos ab Indis vocetur Sâla, sub quarum umbra Çâkya introivit in Nirvâṇam.

104) Dânapati. Hoc loco, id quod mirum videtur, cujusdam vocis sanscritae sonus notatus voce sinicâ et pro eâdem voce reddita vox sinica, altera vox sinica juxta alteram, ponuntur, sed ipsae hae duae voces (施 et 檀) saepius, altera juxta alteram, ponuntur eodem termino (Dânae) alterâ voce iterato. 檀 越 terminis proprie vereque significatur Dânae Pâramitâ, one who practices dâna (檀) and thereby crosses (越) the sea of misery, vid. E. sub D. Dâna ab enumerantibus 10 Pâramitâs primo loco enumeratur.

a) B. 動.

prudentium et sincerorum, in aëre vacuo, quod est inter coelos et terras, commorantium, mundos tuentium quattuor regum, et rebus honeste gerendis praesidentium et res improbe gestas punientium, dharanis et mantras custodientium protectasque tenentium quinque regionum nagarum regum et nagarum geniorum octo generum, et omnium, qui in decem regiones late patent, quorum numerus exhauriri non potest, gratiâ refugientes ad decem regionum vacui mundos complentes omnes buddhas, — sequuntur corporis inclinationes — refugientes ad decem regionum vacui mundos complentes omnes venerabiles dharmas — sequuntur corporis inclinationes —, refugientes ad decem regionum vacui mundos complentes omnes sapientes et sanctos homines — sequuntur corporis inclinationes. Conjuncti omnes longo spatio interjecto genibus nitentes manibus in supplicem habitum conformatis id cum animo reputantes et ore loquentes hujusce modi verba facimus: Buddhae et magni sancti Âryae bôdhis dharmam [dh. hoc loco: salutis finis] consecuti sunt integram et ii sunt devarum et hominum summi magistri,[105] eâ de causâ refugimus ad eos, omnibus in aeternum permanentibus dharmis et emendatis sutris eximi possunt corporis et animi morbi, eâ de causâ refugimus ad eas, magni terrarum Bôdhisattvae et Asam̃gha et quattuor illi S'ramaṇae[106] possunt vindicare nos e miseriis, eâ de causâ refugimus ad

105) (Anuttara) S'âstâdêvamanuchyânâm, one of the 10 titles of Buddha, vid. E. sub S.

106) A., S. vid. E. sub A. et sub S. Nullis locis repperi nomina 4 s'ramanarum, quos constet propter excellentiam appellatos esse quattuor S'ramanas ipsos. Sed fortasse cognoscatur, qui homines intellegendi sint 4 S'ramanae, ex hoc loco: Fujishima, le ... introduction, pag. VIII: nous comparerions volontiers les systèmes du Bouddhisme à des fleurs dont Çâkyamuni a semé la graine; les plantes ont grandi lentement, puis elles ont fleuri d'une floraison splendide au temps des grands maîtres (Mahâvâdîs) postérieurs: Açvaghosha, Nâgârjuna, Ârjadeva, Asaṁga, Vasubandhu etc., qui ont composé d'innombrables çâstras du Mahâyâna. In annotatione huic loco additâ commemorantur ipsorum horum 5 buddhicae doctrinae auctorum praeclarissimorum librorum tituli, sequitur igitur, ut illi a literarum buddhicarum peritissimo illo buddhistâ japonico habeantur maxime egregii buddhicae doctrinae auctorum. Iidem, praesertim cum iidem praestiterint inter illos ipsâ multitudine librorum a se confectorum, merito a Bunyiu Nanjio enumerante scriptorum buddhicorum nomina primo loco, si discesseris a Mâitrêyâ, commemorantur. Vasumi-

eos. Tribus illis pretiosis rebus custodiuntur mundi. Nos autem nunc capite et facie venerantes et, qui sint in sex viis, omnes nunc refugimus omnes ad eas. Clementiâ tegantur omnes ita, ut adipiscantur tranquillitatem et laetitiam. Ad eam, quâ misericordiam habent omnes, nos universi refugimus.

Toto corpore nos prosternimus humi et unusquisque suâ sponte reputat id et loquitur: Nos oculos tollimus precantes, ut decem regionum trium pretiosarum rerum omnium opibus misericordiae, opibus principalium desideriorum, magnis opibus divinarum artium,[107] opi-

---

tra autem, qui unus e ceteris omnibus aequat eos multitudine librorum a se confectorum, praesertim cum in numero 500 arhatum ducatur, cum sint Bôdhisattvae, eos non aequat auctoritate (vid. ea, quae ab E. dicuntur extrema sub Arhat). Mâitrêyae, qui item eos aequat multitudine librorum a se confectorum, nomen quidem primo loco commemoratur a Bunyiu Nanjio, sed, cum Mâitrêya, si quidem fides habenda est aliis locis hujus libri, superet illos omnes auctoritate, fieri non potest, ut ille in tertiâ Triratnae parte, i. e. in Sanghâ collocetur. Illi quidem, quamvis sint Bôdhisattvae, id quod mirum est, in tertiâ parte Triratnae collocantur, cum in primâ parte collocentur Aryae. Sed, cum Asangha nominatim commemoretur, illâ re non efficitur, ut hos 4 Bòdhisattvas intellegendos esse 4 Sramanas negemus. Ego autem puto eum, qui hunc librum composuerit, deductum esse ad illam rem nullâ aliâ ratione nisi quod voluit commemorare, qui inter omnes praestiterint docendo; ut autem Bòdhisattvae, id quod non abhorret ab illâ re, commemorentur levi nomine Sramanarum, ut mihi quidem videtur, fieri potest, cum Mahas'ramanae termino significetur Çâkyamuni ipse (vid. E. sub M.). Ex eo autem, quod Asangha nominatim commemoratur, intellegitur quoque partes liturgicas tribuendas esse Tantra-scholae; nam he became the founder of a new school, the Yogâtchara or Tantra school the tenets of which are exposed with dialectical subtility in Asamghas principal work Yôgâtchârya bhûmi s'âstra, vid. E. sub A.

107) Abhidjñâ. Enumerantur hae sex: 1. Divyatchakchus 天眼 (divine eye) the faculty of comprehending in one instantaneous view all beings in all the worlds. 2. Divya s'rôtra 天耳 (divine ear) the power to hear and to understand every sound articulate and inarticulate produced in any universe. 3. Riddhi Sâkchâtkriyâ 神足力 (the power of supernatural footsteps) explained by 如意身 a body flexible at pleasure, or unlimited power over the body. 4. Pûrvanivâsânu Smriti Djñâna 宿命 (the destiny [ruling over] the dwellings) the knowledge of all the former dwellings or forms of pre-existence as regards oneself and with reference to all living beings. 5. Paratchitta Djñâna 他心 (the minds of others) the knowledge of the innermost thoughts, wishes and intentions of all other beings. 6. Âs' ravakchaya (destruction of faults) 漏盡 (exhaustion of the stream) or

bus, quarum vis fingi non potest, infinitis opibus libertatis et immunitatis munerum (summae rerum potestatis), opibus, quibus traiciuntur omnes trans mare transmigrationum et eripiuntur e miseriis, opibus, quibus omnes teguntur et custodiuntur, opibus, quibus omnium animi tranquillantur et sedantur, efficiatur, ut universi omnes adipiscantur bôdhim idque fiat opibus omnium scientium nos hodie refugere ad tres pretiosas res, utque ab iis horum meritorum et virtutum opibus efficiatur, ut omnes unusquisque adipiscatur, quod velit, cum sit cum devis et richibus, efficiatur, ut ei flumina exhauriantur,[108] cum sit cum Asuris, ut dimittat superbos mores, cum versetur in viâ hominum, ne denuo ei sint omnes miseriae, cum versetur in viâ eorum, qui sint in Orcis sive Prêtarum, sive bestiarum in viâ, ut eo tempore adipiscatur liberationem et separationem a molestiis, utque ab iisdem hodie deinde, sive audiant trium pretiosarum rerum nomina, sive non audiant ea, Buddharum divinis opibus efficiatur, ut omnes universi adipiscantur liberationem et ereptionem a miseriis, denique, ut perficiant ii anuttaram bôdhim simul cum bôdhisattvis, universi bôdhim antea adepti.

Caput secundum.

De dubitationibus delendis.

Hujus diei Bôdhimaṇḍae ejusdem actionis magne conventus, toto animo vera audientes.[109] Jam vero causa et fructus comparari possunt cum umbris et vocibus repercussis. Idoneae mercedes invicem perficiuntur, nam ea est necessaria via. In rationi convenienti re non

盡 漏 (completely exhausted) supernatural knowledge of the finality of the stream of life.

108) I. e. the souls floating on through the eddies of transmigration, vid. E. sub annot. 107, num. 6.

109) Aryâni satyâni 四 諦 four truths. They are: 1. dukha 苦 諦 the doctrine that «misery» is a necessary attribute of sentient existence. 2. samudhaya 聚 諦 that the «accumulation» of misery is caused by passions. 3. nirodha 滅 諦 that the «extinction» of passion is possible. 4. mârga 道 諦 the doctrine of the «path» that leads to the extinction of passion.

insunt disjuncta et inter se discrepantia, sed non omnium actiones et facta non permixta sunt. Cum enim rerum et honeste et improbe gestarum alternis vicibus utantur, non actiones non permixtae sunt, quo fit, ut gratiae referendae sint pura et aspera. Modo ingenue, modo humiliter, modo honeste, modo improbe factorum, ejus generis actiones non sunt singulae res, sed omnium generum promiscuae res. Jam si sint promiscuae res, non conficiamus principales[110] actiones et, cum non conficiamus eas, eâ de causâ excitantur dubitationes, errores, perturbationes. Fortasse dicimus fieri non posse, quin impigri et praeceptis parentes[111] assequantur vitam longam, sed ab iisdem videtur vita brevis, quin bestias caedentes et homines interficientes homines brevem vitam videant, sed ab iisdem contra videtur vita longius producta, quin puri et liberales homines colligant divitias et copiam, sed ab iisdem videntur egestas et miseriae, quin avidi et furaces videant paupertatem videantque sese labentes,[111a] sed ab iisdem contra

---

110) I. e. quae sequuntur rationi convenientia.

111) P. = S'ikchâpada, a series of rules for novices. Enumerantur hae decem: 1. Pâṇâtipâtâ 不殺生 lit. thou shalt not kill any living being. 2. Adinnâdânâ 不偷盜 abstinence from theft and robbery. 3. Abrahma Tchariya 不婬慾 no debauchery. 4. Musâvâdâ 不妄語 abstinence from telling lies. 5. Surâmereyya madjdjapamâdaṭṭhânâ 不飲酒 lit. drink no wine. 6. Vikâlabhodjanâ 不非時食 lit. thou shalt not eat at unseasonable hours. 7. Natchtchagitavâdita Visukadassanâ 不歌無倡伎不往觀聽 lit. thou shalt not take part in singing or dancing, musical or theatrical performances, neither shalt thou go to see or to listen to such. 8. Mâlâgandha Vilêpana Dhârana Maṇḍana Vibhûsanaṭṭhânâ 不着香華鬘不香塗身 lit. thou shalt not decorate thyself with wreaths of fragrant flowers, neither shalt thou anoint thy body with perfume. 9. Utchtchasayanâ Mahâsayanâ 不坐高廣大牀 abstinence from the use of an elevated broad couch. 10. Djâtarûpa Radjata Paṭiggahanâ 不捉持生像金銀寶物 lit. to refrain from acquiring or possessing uncoined or coined gold, silver or jewels, vid. E. sub S'., sive = decem ea interdicta, quae in fol. 24 a hujus libri enumerantur, sive 5 Sîla, sive = nihil aliud nisi Pantcha veramani, S'ikchâpadarum ipsarum 5 priores. Ipsa imperia in toto quasi contextu non enumerantur.

111a) Ex eis, quae ab eo, qui hujus libri 音釋 composuerit, dicuntur ad interpretandam hanc vocem intelligi potest, quantula fides illi habenda sit; nam interpretatur illam vocem voce 頓, quae autem vox, id quod solum invenitur in

videtur abundantia omnium rerum. Ejusdem generis dubitationibus, quis hominum non utatur et non secum reputet idem, sed haud sciunt praeteritis actionibus seri, quo fiat Nidana, id quod idem est, quod declaratur sapientiâ. Si autem contingat, ut ab hominibus parvi ducatur hic liber recitatus, fieri non possit, quin prioris aetatis actionibus efficiatur, ut hujus generis homines incidant malas in vias, et cum a hujus aetatis hominibus parvi ducatur illa res, eâ de causâ prioris aetatis actionibus efficitur exstinctio,[112] quo fit, ut omnes eam ipsam ob rem non possint penitus fidem habere sutrarum dictis. Si quis autem habeat ejusmodi dubitationes in omnibus rebus, id proficiscitur ab ignorantiâ exstinctionis,[a][113] quâ de causâ falsa exsistunt et perversitas. Quid? Non credunt intra tres mundos esse miserias, tres mundos extra esse laetitiam. Quisquis est mediis in mundis infectis,[114] omnes dicunt eos esse laetitiam. Quod autem dicunt vocem laetitiae, quae vis subjecta est huic voci? Denuo dico, nos viventes accipere molestias. Bibendo et edendo modum transeuntes efficimus, ut erumpant morbi et ulcera, tum animae respiratio est anhela, corpora nostra tumescunt et fiunt ventriosa, torminis afficimur doloribus. Quod autem attinet ad vestitum, quanto magis vidimus aegritudines et dolores? Frigidâ tempestate linteas vestes[b] nactorum nostrum gratiae sunt tenues tenuisque memoria, calidâ tempestate magni ponderis pellibus[c] vestitos nos ipsos videntium nostrum miseriae et vexa-

---

K'ang-hi, quo interpretetur illam, est pars unius e nominibus terrae illius, quae nostra aetate vocatur Tukhara: 肹頓國名月支也, vid. K'. sub 頓.

112) Exstinctio hoc loco scilicet non Nirvâṇa intellegenda est, sed id, quod exstinguitur, intellegendum est hoc fere: honesti stirpes (Kusalamula).

113) Exstinctio hoc loco = Nirvâṇa.

114) I. e. in mundis summâ colorum venustate coloratis a nobis putantibus omnes res, quae sint in mundis, quam optime constitutas esse. Sed ad hunc locum interpretandum valet utraque 染 vocis notio, quarum altera alteri, quamvis utrique notioni subsit verbi vera atque propria significatio, contraria est, et speciosi et squalidi.

---

a) B. 惑 erroris. *b) c)* 絺綌 (vid. quoque Ši-king I, I, II, vers. secund.) et 重裘 scribenti Lun-yü X, VI, 3—4: 3. 當暑袗絺綌、必素而出之. 4. 緇衣羔裘、素麑裘黄衣狐裘:

tiones jam sunt summae. Si autem dicunt, mundos esse laetitiam, quamnam vim habent vexationes, quae nobis sint in vitâ? Quâ de causâ scitote potionem, cibum, vestitum re verâ non esse laetitiam. Si autem dicamus nos putare propinquos laetitiam, sit nobis semper cum iis gaudendum et voluptates sint percipiendae et canendum et ridendum sit infinite. Quod autem repente manifestum est illud non perpetuum esse, id, quam vim habet? Cito[a] pereunt; modo erant, et nunc jam non sunt, brevi tempore ante viventes, nunc extincti sunt. Nos autem invocamus coelos, capite nos prosternimus humi, summo dolore afficimur [verba ipsa sunt: jecur et viscera divisa sunt in partes unciales]. Quid? neque possumus scire, unde nascentes provenerimus, neque quo futurum sit, ut morientes perveniamus. Sed tenete illud clementiam buddharum prosequi nos, quâ juvemur, eâque montem confectionis rectâ peti viâ,[115] eâque manus nostras apprehendi a buddhis eâque in aeternum nostrum animos separari a rebus externis. Semel autem si quis eam reliquerit, tum decem per milia kalparum omnium condicionum, quae sint tales, qualis haec, miseriae sunt infinitae, sed omnes errore ducti intellegentes omnes res dicunt hujus condicionis res omnes esse laetitiam et, quod attinet ad laetitiam de mundis decedendi, omnes dicunt illas esse miserias. Et si forte videant, qui laborent in edendis acerbis de esculentis herbis et qui parci in corpore nutriendo ad tempora sola edant, qui exuentes leves et tenues, se assuefaciant uti vestibus in sterquilinio conversis, omnes dicant, qui sint ejus modi, eos cogere se ipsos, ut se ipsi torqueant utque sibi molestias comparent neque sciant has actiones esse viam liberationis et ereptionis nostri a miseriis, et si forte videant homines,

115) I. e. eum montem, ad quem si quis pervenerit, conficiantur omnes appetitus rerum externarum, montem finis eorum, Nirvâṇae.

3. In warm weather he had a single garment either of coarse or fine texture, but he wore it displayed over an inner garment. 4. Over lambs fur he wore a garment of black, over fawns fur one of white, and over fox's fur one of yellows (transl. of Legge) venit in mentem?

a) B. 焉.

qui pauperibus stipes porrigant et qui teneant praecepta,[116] et qui perferant et perpetiantur miserias omnium generum, et qui utantur impigritate, et qui soleant ire ad venerandum et adorandum quodcunque venerari decet, et qui consueverint recitare sutras, et qui ad buddhas oculos tollant studiosi sine intermissione, omnes dicant illas esse miserias neque sciant id genus hominum exercere animum, quo de mundis decedere possit, atque effugere morborum et mortium pereundique dies, sese autem excitare animum dubitandi seseque cotidie servire illi animi speciei neque paululum quidem desistere de illâ re. Cur vis vitalis, quae inest in hominibus, ab iis sustinetur? Num, si non desudamus in nobis ipsis conservandis, miserias nostras cumulabimus? Frustra maeremus corporis vitam amissam, nam in rebus non insunt commoda. Quid? forte nostra sponte sumimus ejusmodi dicta. Ratione profecto deducimur ad cogitationes, quae sint instar harum. Sed non possumus e fructu concludentes quaerere causam et confuse excitavimus illas dubitationes. Quod si vero contingamus bonam doctrinam, ejusmodi dubitationes facile eximi possint, sin autem contingamus malam doctrinam, harum dubitationum stultitia eo magis cumuletur. Sed propter dubitationes et errores incidimus malas tres in vias, mediis in viis malis vero versantes nos, quo loco nos attingat poenitentia?

Hujus diei Bôdhimaṇḍae ejusdem actionis magne conventus! Vulgo habentur hae dubitationes Nidanas esse infinitas. Quod cum dubitandi consuetudo, etiam postquam decessissemus de tribus mundis, non exhauriri posset, quam illam non exhauriri posse in hoc phaenomenorum mundo! Quomodo vero illae dubitationes sedandae et eximendae sunt? Haec vita non absolvitur morte; sed aetate posteriore denuo augetur. Universi autem nos omnes nunc imus longâ viâ. Cum autem vitam degimus torquentes corpus nostrum, secundum buddharum dicta vivimus, secundum doctrinam vitam instituimus, non nanciscimur dubitationes et errores atque, quod buddhae et

116) p. = S'îla. Cum juxta hanc vocem positae sint tres voces, quibus singulis singulae Pâramitae significentur, praecepta intellegenda sunt pâramitâ illa, cui nomen est S'îla. Eâdem unâ cum aliis praeceptis et ipsa imperia continentur.

sancti homines desierunt languescere et deficere, assecuti sunt, ut liberarentur et a vitâ et a morte, et [mare transmigrationum] transmiserunt usque ad illud litus. Propter rerum honeste gestarum merita cumulata ipsa autem possunt illi haud impediti liberique ac soluti liberare et eripere alios a miseriis. Sed nos, qui hodie nondum divulsi simus et a vitâ et a morte, jam nobis ipsis sumus miserandi. Quid autem sustinemus cupiditatem commorandi in his malis mundis? Sed nunc nobis contigit, ut adepti simus quattuor magnas haud comminutas res[117] et quinque rerum secundarum[118] gaudia[a] et ambulantes [i. e. facillime et celerrime, nulla nostra contentione, clementiâ buddharum, qui nos docuerint] movimus et commutavimus animum, quo fuerimus praeteritis temporibus et his, sine ullâ contentione virium. Denuo autem, quid expectamus? Omnibus in vitis, quas degimus praeteritis temporibus, non vidimus vera et hac in vitâ temere ea recusantes denuo non habemus, quod probemus in posterioribus aetatibus.

Quâ vero re fit salus et liberatio? Manus imponamus pectori et percenseamus animum nostrum! Profecto nobis omnibus, quos buddhae clementiâ et benevolentiâ complectantur, hodie nihil aliud faciendum est nisi nos nobis ipsis admonendi sumus, nobisque ipsis nobis consulendum est, ut nervos contendamus, ut summo studio bene agamus, ne rumores adversos, sed rumores dignos accipiamus. Nam sancta via est longa et longinqua et difficile est uno die mane conficere negotium. Nos vero uno die mane atque etiam atque etiam uno die mane ita agentes, quando possumus id, quod facimus, conficere? Si forte nunc, quod sutras recitavimus, quod sedimus vacan-

---

117) Àryâni satyâni?

118) 五福. Cum illis contigerit, ut adepti sint 4 illas magnas res, eorum gaudia sunt tanta, quanta sunt gaudia ejus, cui acciderint res secundae omnium generum. — Sinenses enim complectuntur omnia rerum secundarum genera 5 his: 壽 longevity, 富 wealth, 康寧 tranquillity, 攸好德 good virtues, 考終命 natural death, vid. Doolittle sub 五福 — sive = 五戒 pantcha veramâni?

---

a) B. 悆.

tes dhyanae, quod vitam degimus acerrime corpus torquentes, nobis sint leves morbi, dicamus, quae effecta sunt consuetudine recitandi et operâ datâ dhyanae, sed non nostrâ sponte sciamus nobis his rebus non gestis mature finem capiendum nobisque intereundum esse [i. e. nobis incidendum esse tres malas in vias], nos autem propter has actiones assecutos esse, ut pervenerimus ad hodiernum diem. Accedit quod et quattuor magnae res[119] augentur et minuuntur et semper sunt morbi, et cum primum senectus et mors intervenerunt, non possumus assequi, ut effugiamus eas. Nam homines, qui quidem vivant in mundis, universi redeunt in condiciones confectionis et extinctionis. Nobis autem cupientibus bôdhim assequi nos ipsi gerendi sumus sequentes buddharum dicta. Non autem est quisquam resistens buddharum dictis, assecutus eam. Sed omnes, qui quidem vivant, resistendo buddharum dictis comparant, ut tribus in viis[120] versatae rotae[121] obstricti sint molestiis omnium generum. Qui autem moribus adaequant ea, quae a buddhis dicuntur, ii omnes adhibent nullum quieti et desidiae locum relinquentes contentionem in obtemperando dharmis [dh. hoc loco = quidquid a buddhis buddhistis praeceptum est], tanquam si capiti salutem afferre cupiant. Nolite autem uti unâ vitâ solâ ad id faciendum, nam hoc brevi tempore non potestis quic-

119) Vid. annot. 117.

120) Hoc loco 塗 terminum intellegendum esse = 途[a] puto. 塗 = road quidem repperi in nullo thesauro linguae sinicae nisi in thesauro linguae sinicae, quâ quidem Cantonesi loquantur, ab Eitel composito, sed in 康熙字典 ipso repperi sub 塗 hunc locum: 參塗郭門之三道也. Item interpretatur 野島 Japonus in 新撰necessary引字書: 塗 ミチ.

121) Hoc loco = the revolutions and changes of the ages, vid. Williams sub 輪 = Eitel, Cantonese dict. sub 輪: 輪迴 Samsara, the world, metempsychosis (B.), vid. quoque: as the idea of ceaseless circles of transmigration etc. E. sub Dharmatchakra; aliis quidem locis librorum buddhicorum 轉輪 terminus interpretandus est Tchakravartti, vid. E. sub T., sive 法 voce inter duas has voces interpositâ = preaching the doctrines of Buddhism, vid. E. sub D., quamquam hic terminus eodem quoque modo interpretandus est, quo nos eum interpretati sumus, vid. Williams sub 轉: 轉法輪 the rule of metempsychosis.

a) in B. inest 途.

quam assequi. Universi igitur nos omnes singuli aequaliter et uno tempore quam studiosissime toto corpore nos prosternimus humi tanquam si T'ai vocati[a] montis labes facta sit, reverenterque et patrum et matrum, qui quidem per omne illud tempus, quo infuerit in Vidjñânis vis pubescendi, usque ad hunc diem fuerint, et kalpas transeuntium propinquorum, et sacerdotum[122] et Âtcharyarum[123] et eorum, qui ad eandem aram stantes reverentur buddhas et probant fidem suam et primo et medio et extremo loco sedentium et tribus pretiosis rebus fidem habentium munerum auctorum et bonum malumque cognitum habentium devarum et richium et mundos tuentium quattuor regum et rebus honeste gerendis praesidentium et res improbe gestas punientium dhâranîs et mantras custodientium protectasque tenentium quinque regionum nagarum regum et nagarum geniorum octo generum et omnium, qui in decem regiones late patent, quorum numerus exhauriri non potest, gratiâ refugimus ad magnum patrem clementiae, qui est mediis in mundis.

Haec insequitur annotatio haec, in quâ agitur de omnibus buddhis, qui enumerantur a hoc loco usque ad volum. X, fol. 23 a: Vipas'yin (?) Buddha etc. hi 7 Buddhae, rerum honeste gestarum virtutum Buddha etc. hi 10 Buddhae occurrunt e sutrâ, in quâ agitur de separatione virtutum, e quibus gignantur merita, petiti; adamantinus Buddha, qui extingui non possit, etc. hi 35 Buddhae occurrunt e sutrâ, in quâ agitur de Vinayâ constitutâ, petiti; quoquoversus patentis splendoris Buddha etc. hi 53 Buddhae occurrunt e sutrâ, in quâ agitur de Bhâichadjyae Râdjae et Bhâichadjyae Râdjae Samudgatae, duarum bôdhisattvarum contemplatione [B.-R. B.-R.-S.-Bôdhisattvedhyâna-sutra?], petiti; pretiosarum rerum maris Buddha etc. hi 170 Buddhae occurrunt e sutrâ, in quâ agitur de Buddharum virtutibus, e quibus gignantur merita, praedicandis et laudibus efferendis, petiti;

122) Upadhyâya, vid. E. sub U.

123) A title of honour given to those who have finished the novitiate, vid. E. sub À.

a) B. 大 magni.

Krakutchanda-Buddha etc. hi 1000 Buddhae occurrunt e sutrâ, in quâ agitur de trium kalparum [莊嚴, 賢, 星宿刼 Vyûha-, Bhadra-, Nakchatra kalpa, vid. vol. IV, fol. 19a!] 3000 Buddharum nominibus, petiti. Hi, quorum enumeratione Lôkadjyêchthae coepti sunt enumerari, sunt temporum praeteritorum 7 Buddhae.

Ave Mâitrêya-Buddha!

Ave Vipas'yin-Buddha![124]

Ave S'ikhin-Buddha!

Ave Vis'vabhu-Buddha!

Ave Krakutchanda-Buddha!

Ave Kanakamuni-Buddha!

Ave Kâs'yapa-Buddha!

Ave Çakyamuni-Buddha!

Ave Bôdhisattva infinito corpore![125] [Ananta Kâya Bôdhisattva?]

Ave Avalôkitês'vara Bôdhisattva!

Jam denuo eodem modo, quo modo refugimus ad illos Buddhas Bòdhisattvasque eos invocantes, refugimus ad decem regionum vacui mundos complentes omnes omniaque, qui et quae sint e tribus pretiosis rebus. Nos igitur precamur, ut horum omnium misericordiae opibus universorum magis magisque cum pace excipiamur, utque eorum divinarum artium opibus tegamur atque custodiamur liberatique a miseriis capiamur, utque ab hodierno die usque ad illud temporis, quo adipiscamur bôdhim, ut quattuor infiniti animi[126] et sex

124) Ex eis, quae extrema dicuntur in annotatione, quae insequitur secundam partem hujus capitis, efficitur duas has voces legendas esse Vipas'yin. In Eitel quidem hoc nomen non scriptum est hoc modo, et in Stanislas Julien, Méthode pour déchiffrer etc. etc. sub Wei ascripta sunt haec verba: pour vi dans Vipaçyin et 維 et 衛 voci. Ad scribendum igitur sanscritum nomen vocibus sinicis hujus nominis primae syllabae sonus notatus est alterâ voce sinicâ, eadem quae posita est juxta vocem sinicam alteram, quâ ejusdem syllabae sonus notatus est.

125) De hoc Bôdhisattvâ dicuntur haec in 神佛 etc. etc. 卷二 fol. 12a: 無邊身トハ地藏菩薩 (Kshitigarbha-Bòdhisattva, Bunyiu Nanjio, num. 64) ノ異名ナリ.

126) Vid. annot. 117.

pâramitae[127] semper adsint et praesentes sint nobis contingat ut autem quattuor haud impeditis scientiis[127a] et sex divinarum, artium opibus, Buddharum facultate sese ex sententiâ vertendi sive compluribus in locis commorandi[128] eorumque absoluta libertate, ingrediendo Bôdhisattvarum viis, Buddharum sapientiâ in mentem inductâ, universis his rebus convertantur decem regionum incolarum animi ita, ut omnes ascendant ad veram intellegentiam (= bôdhim).

Hujus diei Bôdhimaṇḍae ejusdem actionis magne conventus! Jam denuo summâ veritate ad res honeste gerendas animum nostrum exquiramus et cogitata nostra. Conjunctis omnibus nobis jam assecutis, ut introierimus in portam fidei Buddhis habitae, nihil aliud faciendum est nisi mens capienda est et efficiendum est, ut ejus cursus vacans sit interiori et exteriori dharmae [dh. hoc loco = doctrina et extrinsecus et intrinsecus auscultantium Buddharum dictis]. Noli quisquam denuo morari in difficultatibus! Quodsi principales actiones nostrae nobis ipsis non sint perspicuae, nostra sponte nequeamus efficere eas tales, quales, quo spectent, cognoverimus. Nobis igitur videntibus homines ex buddhis exposcentes prosperitates nihil aliud faciendum est, nisi homines sunt adhortandi, ut omni vi digitos flectentes [ardenter] manus in supplicem habitum conforment, nobisque est eorum virtus erudienda et augenda, neque excitandus est animus, e quo gignantur difficultates quoque animo efficiatur, ut aliquid agentium illorum hominum animis conficiantur difficultates rerum honeste gerendarum et recessus. Quodsi est locus huic non recedendo a

---

127) De 6 pâramitis, quae quidem enumerentur ab iis, qui relinquant 4 illas, quae saepius adduntur, vid. annot. 195.

127a) Pratisamvid one of the characteristics of the state of Arhat 1. Artha 義無礙智 unlimited knowledge of the sense or facility in explaining the meaning of every law. 2. Dharma 法 | | | unlimited knowledge of the positive law, i. e. of the Buddhist canon. 3. Nirukti 訶 or 辯 | | | unlimited knowledge of all arguments or 得解 facility to explain everything. 4. Pratibhâna 樂説 | | | unlimited knowledge of pleasant discourses, explained by 十二部經隨根性爲説 the object of the discourses being the origin and nature of the 12 Nidânas, vid. E. sub P.

128) Riddhi, vid. E. sub. R.

rebus honeste gerendis, illorum illud progredi in virtute ita est sicut causâ efficitur. Cum jam non est imminutio illorum virtutis, nos sumus, qui neminem damno afficiamus alium nisi nosmet ipsos. Sed vacuo in animo, i. e. velut ab omni sensu alienato animo,[129] excitantur, et quae vera et quae falsa sint. Quae commoda inesse in corpore?[130] Si autem esse possit, ut nobis non sint nos impedientes ad res honeste gerendas, dici possit nos omnes esse, qui simus viâ sociati magni viri, quibus sint vires. Sin nunc aliis difficultates comparemus, quî assequi possimus, ut in posterioribus aetatibus multum versati simus in Buddharum viâ utque bene accedentes ad eam petamus salutem? Alios damno afficere aliisque nocere profecto aliquid gravius est et sane scelus impeditorum aliorum ad alendas honesti stirpes [kusalamula] non parvum est, sed ita est sicut est in sutrâ, quae inscribitur de continendo ore [Mukhapâla-sutra?]: Erat Prêta quidam specie turpi atque deformis. Eis autem, qui eum videbant, horrebant capilli omnesque timebant eum. Ex ejus corpore autem erumpebant violentes ignes,[a] tanquam si ignes omnes eo collecti essent, et ex ejus ore effundebantur vermiculi neque eorum numerus exhauriri poterat, atque effundebatur cruor crassus, qui omnis corruptus erat. Ut vero uteretur corpore duro, animâ foetidâ omnes ab illo removebantur, ut nemo ad eum adire posset. Ex ejus ore autem nonnunquam eiciebantur ignes[b] et effundebantur ignes ex ejus artibus. Quo vero tempore incipiebat voces fundere, clamabat ille et flebat. Currebat autem propere ab oriente ad occidentem versus. Quo tempore Mandjusri[131]

129) Vacui voci subiciuntur a buddhistis maxime inter se differentes notiones, quae subiciantur terminis buddhicis. Praeter eas notiones, quas illi voci subjectas esse et commemoravi et commemorabo (in annot. 80, annot. 90, in conversis in sermonem Latinum fol. 13 a et 20 a), subjecta est illi voci hoc loco notio haec: abstraction, ecstasy, emptiness, torpor of the faculties (vid. Williams sub 空 et Eitel sub Samyaksamâdhi) et in Milinda-Panho.

130) Haec cogitatio ei in mentem venit, qui sedeat velut alienatâ ab omni sensu mente.

131) Hoc quidem modo neque in Eitel neque in Stanislas Julien scriptum est hoc nomen, sed hae duae voces intellegendae mihi videntur hoc nomen san-

a). b) B. 燄.

Arhas interrogans Prêtam: Antehac, inquit, quod scelus commisisti, cum nunc accipias has miserias? Illi Prêta respondens: Eram praeteritis temporibus, inquit, S'ramana. Sed cupiditates meae versabantur in pariendis divitiis, neque discessi ab aviditate pecuniae, neque consecutus[a] sum dignitatem, sed emisi voces asperas atque cum videram homines, qui tenentes praecepta uterentur impigritate, jam subito contumeliis affeci eos et oculis cupiditate nostri incensis eos conspiciebam in eos odium habens, et confidens mihi ipsi vi eos urgebam. Jam dicam me longum tempus non esse mortuum, his omnibus rebus autem effectum esse, ut mihi essent infinitae stirpes improbitatis; tum me deinceps omnia recordatum esse, sed poenitentiâ mihi salutem nullam esse allatam meque maluisse acuto cultro mihi ipsum desecare linguam et in Kalpas aequo animo accipere molestias quam rebus ab aliis honeste gestis uno maledicere verbo. Sed cum venerabilis[132] ille rediisset in Djambu-Dvîpam,[133] meae speciei exemplo adhortatus est bhikchus[134] et Buddhae discipulos: «Prudenter contineatis, inquit, oris delicta! Nolite inurbane emittere vocem; videntes autem, et qui teneant praecepta, et qui non teneant praecepta, augeatis eorum virtutem.» Cum vero nactus sum daemonis corpus, jam sunt compluria milia kalparum, quibus integros per dies noctesque conficiens haec omnia per tempora accepi acre venenum. Qua autem mercede exhaustâ, denuo in Orcos introeam. — Quo tempore Pretâ haec verba dicendi fine facto voces fundere incipiens clamavit et flevit. Sese ipse autem prostravit humi, tanquam si magni montis labes facta esset.

Hujus diei Bôdhimandae ejusdem actionis magne conventus: quae vero sutra dicit, ea omnia vehementer timenda sunt. Solis oris delictis nanciscimur supplicia per multas kalpas; quid vero? eo magis

scritum vocibus sinicis per compendium scriptum neque alius sanscriti nominis significatio his vocibus sinicis notata.

132) Hic terminus hoc loco scilicet non Ârya intellegendus est, cum tradatur Buddhae discipulos illa admonitos esse, sed Buddha Çakyamuni.

133) Vid. E. sub D. D.

134) Vid. E. sub B.

a) B. 護 inservivi (dignitati).

illis, quae reliquae stirpes sint improbitatis, accepimus, quae sint miseriae, postquam e corpore animus excessit. Omnia enim nascuntur a rebus gestis. Non vero facientes causas, quî tandem consequemur fructus? Si autem simus facientes causas, denique fructus non amissi sint. Nam poena et felicitas non longe absunt. Nos ipsi autem eas sequimur, id quod comparari potest cum umbrâ et cum vocibus repercussis, neque possumus eripi ex illâ re neque divelli a hac re. Sed inscite vivendi causâ, eâ ipsâ re denuo morimur. Qui autem praeteritis temporibus vixerint otiose et neglegenter sive qui his temporibus vivant, eos homines adeptos esse liberationem et ereptionem a miseriis nondum visum est. Sed ii, qui possint retinere bonos mores, accipiunt felicitatem, quae exhauriri non possit.

Hujus diei igitur magnum conventum unumquemque oportet poenitere corpusque et animum suum purgare. Fine facto poenitendi et fatendi priora peccata, idcirco ne nova peccentur a nobis, qui simus, a quibus omnes buddhae implorentur et laudibus efferantur. Conjuncti autem omnes ab hodierno die nolite[a] res ab hominibus honeste gestas videntes calumniari et quae ad finem perductae et quae non ad finem perductae et quae gestae sint diutinae et quae non diutinae, sed commoveatis illos ut semel quidem recitent, quae quidem sint recitanda, etiamsi punctum temporis solum sit, aut unam horam aut octavam partem horae[135] aut unum diem aut unum mensem aut sex menses aut unum annum, hoc suâ sponte melius sit quam illud nihil salutis adipiscendae causa agere. Quâ de causa insunt in sutrâ, quae inscribitur: ‚Legis flos‘[136] verba haec: Si homines confuso et perturbato animo in pagodam[137] sive in templum[138] introeant et semel exclament: Ave Buddha! omnes ii jam conficiant viam Buddharum [i. e. rectam rationem ineant consequendi ea, quae petunt, certumque sciant sese

135) Verisimile est non unam horam scribentem posuisse easdem duas voces ante has, sed illud factum esse per inprudentiam a hunc librum typis describentibus.

136) Saddharma Puṇḍarika, vid. E. sub S. P. Samâdhi.

137) Stûpa, vid. E. sub S.

138) Tchaitya, vid. E. sub T.

a) B. 莫.

ad ea, quae cupiunt, perventuros], eoque magis inveniantur homines, qui possint excitare magnum animum, qui sit talis, qualis hic, quo animo desudent in rebus honeste gerendis, e quibus honeste gestis nascatur felicitas, quamvis illi non loca sanctorum visitent, ita, ut sancti homines misericordi animo de iis cogitent.[139] Nos autem nobis ipsis nihil aliud fecimus nisi per omne illud tempus, quo vixerimus et quo mortui simus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem jam accommodati ad animum in infinitum malum habendum impedivimus rerum ab hominibus honeste gerendarum, quae quidem sint egregiae. Qua re scimus illud? Si hae res non essent, quî hodie multum nobis essent in omnibus dharmis bonis [b. dh. hoc loco fere = religiones] tarditas et difficultates? Dhyanam et Samâdhim non possumus colere, sapientiâ[140] non possumus uti, breve tempus venerati Buddhas jam dicimus illas esse magnas molestias, ubi paululum volumina sutrarum sumpsimus, iidem excitamus satietatem et neglegentiam, totum diem autem laboramus, ut perturbemus aliorum animos, incipientes omnium generum maleficia atque efficientes, ne hoc corpore atque hac formâ adipiscamur liberationem et ereptionem a miseriis ita, ut bombyx facit nidum, sese ipse circumplicans seseque ipse vinciens, sive ut tinea ruit in ignem longâ nocte deflagrans. Ejus generis difficultates[141] sunt infinitae, immensae. Quid? jam, quod impedimus bôdhis animum, quod impedimento sumus bôdhis desideriis, quod impedimento sumus, quae vita sit ad bôdhis normam directa, ea omnia emanant e malo animo, quo animo maledicimus rebus ab aliis honeste gestis. Hodie autem incipimus intellegere atque excitare magnam poenitentiam. Nos caput inclinamus humi petentes misericordiam, nos poenitet horum peccatorum atque nihil aliud facimus nisi[a] precamur, ut omnes Buddhae omnesque magni Bôdhisattvae

139) Maximo opere, non tantopere, quantopere cogitant de omnibus, quibus quidem sint molestiae (vid. fol. 7 b).

140) Pradjñâ, vid. E. sub P.

141) I. e. quas aliis attulerimus in vitis, quas degimus praeteritis temporibus, quae ipsae nobis in hac vitâ sint difficultates.

a) B. 唯.

clementiae animo et copulatis eâque re auctis divinis opibus efficiant, ut ea, quorum nos poeniteat, deleantur utque ea, quorum nos poeniteat, purgentur, utque, quae fuerint difficultates [quibus alii impediti sint ad salutem adipiscandam], actiones, quae fuerint causae infinitae culpae, hujus poenitentiae causâ purgentur, eaque fiant, quaequae usu venerint, reliquis nullis rebus. Universi igitur nos omnes singuli aequaliter et uno tempore quam studiosissime toto corpore nos prosternimus humi atque refugimus ad magnum patrem clementiae, qui est mediis in mundis.

[a] Ave Mâitrêya-Buddha!

Ave Çakyamuni-Buddha.

Ave rerum honeste gestarum virtutum Buddha!

Ave Buddha, cujus virtutis praestantia, quâ floret praeter ceteros, comparatur cum virtute ligni arboris, cui est nomen Jonesia As'ôka![142]

Ave Buddha, cujus virtutis praestantia, quâ floret praeter ceteros, comparatur cum virtute ligni santalini.[b]

Ave Buddha, qui donet pretiosas res!

Ave infiniti splendoris Buddha!

Ave Buddha, cujus virtutis praestantia comparatur cum virtute florum!

Ave formae virtutis laude ornatus Buddha!

Ave tribus Yanis vehens Buddha!

Ave omnes virtutes dilatans Buddha!

Ave splendentis virtutis Buddha!

Ave leonis specie ludens Bôdhisattva!

Ave Bôdhisattva, qualis leo sit validissimus et celerrimus [= acerrimus in rebus gerendis]! [Simharshabha Bôdhisattva?][143]

Ave Bôdhisattva infinito corpore!

Ave Avalôkitês'vara Bôdhisattva!

142) Vid. E. sub As'ôka.

143) Vid. Bunyiu Nanjio, num. 338.

a) Ante haec verba inserta sunt in B. verba haec: 此係十方十佛: Hi sunt decem regionum decem Buddhae. *b)* B. 栴.

Jam denuo refugimus eodem modo, quo modo refugimus, ad decem regionum vacui mundos complentes omnes omniaque, qui et quae sint e tribus pretiosis rebus. Conjuncti omnes longo spatio interjecto genibus nitimur manibus in supplicem habitum conformatis. Cum animo reputamus id et ore loquimur: Nos per omne illud tempus, quo vixerimus et quo mortui simus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem nondum potuimus assequi bôdhim; sed mediis in quattuor rebus[145] jam non animae nostrae separatio a trium venenorum, quae sint acerrima, quaequae sunt, neque a cupiditate neque ab irâ neque fuit ab invidiâ, nactorum hoc corpus mercedis gratiâ hoc modo fictum,[144] sed incepimus omnium generum maleficia. Nam videntes homines, qui pauperibus stipes porrigant et qui teneant S'îlam,[146] nos ipsi non potuimus vivere ita neque potuimus sequi laetitiam [perceptam ex eo, quod vidimus alios honeste viventes], videntes hominum, qui perferant et perpetiantur miserias omnium generum, hominumque impigritatem nos ipsi non potuimus vivere ita, neque potuimus sequi laetitiam, videntes hominum, qui sedeant vacantes dhyanae et qui conficiant sapientiae actiones, nos ipsi non potuimus vivere ita neque potuimus sequi laetitiam. Ejus generis culpa est infinita, immensa. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut haec deleantur. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem videntes hominum, qui conficiant, quae sint bene facta, facinora hominumque exercitationem omnium virtutum, e quibus gignantur merita, non potuimus sequi laetitiam, sed et in eundo, et in commorando alicubi et in sedendo

144) Hic terminus hoc loco scilicet non est intellegendum idem, quod aliis locis Sambhôga Kâya intellegi solet, vid. E. sub S. K., cum hoc loco nihil habeamus, quod putemus illud corpus fictum esse praemio remunerandi gratiâ pro meritis illos.

145) Âryâni satyâni? Nescio, quid hic terminus sit intellegendus idemque nesciam, quae hujus libri alii termini, qui infra commemorantur, intellegendi sint, quorum plurimi sunt facti e notâ numeri et e voce, quâ significetur, cujus generis sint omnes partes, quâ complexione certi numeri notionum saepissime utuntur buddhistae. In annotationibus infra ad hunc librum conscriptis igitur, ne longior sim, animos eorum, qui illas legant, revocabo ad memoriam hujus annotationis.

146) Hoc loco enumerantur, quaequae sunt, paramitae illae sex.

et in cubando, inter ea, quae sint quattuor genera honestatis[147] [i. e. inter quae decent ea, quae sint decora honestatis] animus noster fuit impudens et superbus et neglegens neque meminimus hanc condicionem non esse quicquam constans neque scivimus nobis hujus corporis formâ exutâ esse abeundum in Orcos et in aliud corpus et aliam in formam itaque incepimus omnium generum maleficia. Nos impedivimus homines constituere trium pretiosarum rerum templa collatione stipum factâ atque facere, quaequae sunt munera, eaque spectanda proponere atque impedivimus homines ab exercitatione omnium virtutum, e quibus gignantur merita. Ejusmodi culparum difficultates,[148] quas aliis attulerimus, sunt infinitae, immensae. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem non credidimus tres pretiosas res esse loca, ad quae esset refugiendum nobis itaque impedivimus, quominus homines monachi fierent,[149] impedivimus homines tenere S'îlam, impedivimus hominum munificentiam, impedivimus homines perferre et perpeti miserias omnium generum, impedivimus homines ab impigritate, impedivimus, quominus homines sederent vacantes dhyanae, impedivimus homines recitare sutras, impedivimus homines exscribere sutras, impedivimus homines a sacris conventibus, impedivimus homines sculpere statuas, impedivimus homines a muneribus, impedivimus homines ad torquendum corpus, impedivimus homines ingredi viis, quibus ingredi jusserint buddhae [i. e. loca sanctorum visitare] atque quod attinet ad tantulas rerum ab aliis honeste gestarum, quantulaecumque comparari

---

147) Sanscr.: īryāpatha, pal.: iriyāpatho. Eadem ipsa enumerantur in Childers sub i.: way of deportment: there are four i. or postures, viz.: walking, standing, sitting, lying down. Buddhistae jam antiquitus existimasse videntur ad summam alicujus existimationem pertinere, qualis ejus cognoscatur īryāpatha; nam in Milinda-pañho, pag. 17 traditur mercator Paṭaliputrensis laetatus esse praecipue de Nagasenae īryāpathâ: Pâṭaliputtako seṭṭhi Nâgasenassa īriyāpathe pasīditvā.

148) I. e. quae sint causae culparum.

149) Verba propria sunt haec: quominus e domo excederent. pâl.: pabbajj'â, sanscr. pravrajya τὸ excedere; laicus autem significatur voce illi contraria gṛhin sanscr. gihī pâl. = domum, qui habeat, vid. c. g. Milinda-Pa'.ho, pag. 19.

possunt cum lanugine plantarum, quaequae sunt, attulimus illis difficultates. Nos non credidimus monachos fieri esse separationem animi a dharmis [dh. hoc loco = quae sunt, res, quaequae sunt], non credidimus perferre et perpeti miserias omnium generum esse vitam plenam tranquillitatis et laetitiae neque scivimus, quod esset rectum et constans (samyak), esse bôdhis viam neque scivimus divelli a libidinosis consiliis esse animum, quo animo de mundis decedere possemus ita, ut attulerimus per vitae spatium maxima ex parte aliis difficultates.

Ejusmodi culparum difficultates sunt infinitae, immensae neque sunt alii ulli nisi Buddhae et magni Bôdhisattvae, qui sciant haec omnia quique videant omnia, quippe qui, Buddhae et Bôdhisattvae, eorum omnium, quae sciant et quae videant, suppliciorum sint metientes, quantum sit subeundum nobis his omnibus. Hodie autem nos poenitet peccatorum atque nos excitamus et significamus poenitentiae animum. Omnes culpae enim sunt causae miseriarum, fructus vero sunt molestiae. Nos igitur precamur, ut omnia eximantur[a] et evellantur. Ab hodierno die autem usque ad illud temporis, quo sedeamus in Bôdhimaṇḍa, ingrediemur Bôdhisattvarum viis sine lassitudine inter ea, quae sint duo genera donandi[150] dharmae [dh. hoc loco nihil aliud significatur nisi divitias adesse] divitiarum carentes defatigatione neque in eis, quae agamus opibus sapientiae [i. e. upayis, quae nobis afferantur pradjñâ] otio utentes,[151] atque, quaecunque videmus atque quaecunque audimus, depellamus atque deponamus opinionem, quâ credatur haec omnia esse re verâ. Conjuncti autem omnes elato animo toto corpore nos prosternimus humi oculos tollentes et precantes, ut decem regionum omnes Buddhae magnique terrarum Bôdhisattvae omnesque sapientes et sancti homines clementiae animo et copulatis eâque re auctis divinis opibus efficiant, ut, qui sint in sex viis, omnium molestiae omnes, omnes universae, hujus poenitentiae dharmae [dh. hoc loco fere = religiones] causâ resecentur atque eximantur omnes-

---

150) Vid. annot. 145.
151) Vid. annot. 129.

a) B. 銷.

que illi discedant a consiliorum pravitate, quae afferantur consecutiones Nidanarum, ne vero iidem concipiant animo pravam intellegentiam, ut nos autem omittentes, quae quidem sint actiones, quibus sint illae quattuor materiae,[152] adipiscamur vitam, cui non desit sapientia, ingredientes Bôdhisattvarum viis relinquentes nullum quieti et desidiae locum utque mittamus preces, ut illi cito et perfecte accelerantes ascendant ad decem vestigia[153] utque inducant in mentem adamantinum ingenium[154] [= Vadjrahṛdaya], ubi absolverint, quod sit adaequandae bôḍhis, quorum quidem sit illa.

Caput tertium.

De poenitentiâ.

Hujus diei Bôdhimaṇḍae ejusdem actionis magne conventus! Haec fere sunt sutrarum verba: Esse in laicorum numero definitur sic: illud esse devincire, esse in numero sanctorum[155] hominum definitur sic: illud esse sejungere. Jam, quod attinet ad devinciendum, quodquod malum affertur trium generum actionibus, est id, quo fiat, ut devinciamur [cupiditate rerum, quaecunque sunt mundi rerum objectarum], et quod attinet ad sejungendum animum ab illâ, trium generum actiones, quae quidem sint res honeste gestae, ad quas gerendas nullâ re impediti simus, sunt, quibus sejungamur ab illâ. Omnes sapientes homines vero tranquillo sunt animo tales, quales divinae sapientiae opibus, quod attinet ad immensam dharmae januam [i. e. buddhistae, qui ducantur, si eum, qui composuerit hunc librum, auctorem sequimur, omnes, et qui non repugnent et qui repugnent, si

152) Vid. annot. 145.

153) Das'abhûmi ,the ten different degrees of perfection through which every Buddha must pass', vid. E. sub Das'abhûmîs 'vara.

154) 金剛喻佛性 the diamond is like the nature of Buddha, vid. E. sub Vadjra.

155) Ex eis, quae sequuntur, intellegitur hoc loco scilicet huic voci subjectam esse aliam notionem quam eam clericorum; intellegendi sunt — eam esse vim vocis mihi perspicuum esse videtur — qui proprie vereque dicuntur sancti.

occasio sit perspicientiae veri] intellegant et agnoscant, et omnium, quae actiones sint res honeste gestae, et quae sint res improbe gestae. Illi possunt ex uno corpore facere infinitum numerum corporum, possunt illi efficere, ut unius formae conspiciantur transitus in alias figuras omnium generum, possunt illi comprimentes kalpam unam efficere, ut tempus, quod restet, sit dies unus, possunt illi producentes unum diem efficere, ut, quod spatium nacti simus, sit kalpa una, si illi volunt tenere vitam, ea est aeterna neque unquam effluit, sin illi autem non perpetuam eam videri volunt, ii significant introitum in Nirvanam. Artibus utuntur divinis eorumque est sapientia atque nulli naturae oboedientes aut subjecti sunt et apparentes evanescentesque. Eorum natura vero pervulgata est talis, quali volantes incedant, sedent autem et jacent in vacuo atque pedem ponunt in aquâ sicut in terrâ neque unquam vident difficultatem, quae difficilis sit ad superandum, neque, quaecunque est difficultas, denique vero [harum omnium generum rerum fine facto] in vacuâ solitudine quiescunt et commorantur. Omnium dharmarum [dh. hoc loco fere = ars] peritissimis illis liquet, quidquid est rerum, atque quantum facultatis dicendi in illis infuerit, id omne ii perficiunt eorumque scientia haud impedita est. Ejus modi dharmae non exsistunt e maleficiis, non exsistunt illae ex eis, quae sint cupiditatis et irae et invidiae sedes, non exsistunt illae ex eis, quae sint stultitiae et opinionum pravitatis sedes, non exsistunt illae ex eis, quae sint neglegentiae et segnitiae sedes, non exsistunt illae ex eis, quae sint sedes superbiae et observandi sui, sed exsistunt illae e nullâ aliâ re nisi ex eis, quae sedes sint diligentiae et faciendi nihil, quodcunque est nefas, rebus honeste gestis vero diligenter vivendi. Quo autem loco videntes homines, qui faciant, quaequae sunt res honeste gestae, et qui sequantur buddharum dicta, quibus vero sit inopia et qui sint deformes et quibus sint, quiqui morbi sunt importati aetatis infirmitate et, quibus affectiones animi non sint bonae et, qui homines infimi ordinis sint et, quibus ab hominibus insultetur per contumelias quique ab iis contemptim tractentur et, qui sint, quibus ab hominibus parva fides habeatur, quaecumque dicunt, eo nunc eorum vitae condiciones accipimus testimonium improbe gestarum rerum in vitis, quas

illi praeteritis temporibus degerunt. Si autem est, qui homo sequatur buddharum dicta cuique sit exercitatio omnium virtutum, e quibus gignantur merita, non sui ipsius vitarum causâ is accipit mercedem malam, sed sui ipsius vitarum causâ ille abiisset in orcum, qui appellatur Avîtchi, ubi acciperet molestias omnium generum. Ut ullâ re autem efficiatur, ut ejus generis homines accipiant malam mercedem, non est, quod habeatur haec condicio.[156]

Hujus diei Bôdhimaṇḍae ejusdem actionis magne conventus! Nobis autem cupientibus et missam facere vitam laicorum et immisceri sanctis hominibus et nos ipsi gerendi sumus sequentes buddharum dicta et secundum doctrinam instituenda est vita. Ne quisquam devitans parvas molestias excitet animum neglegentiae, sed unusquisque ipse nervos contendat, ut poenitentiâ culpa exstinguatur. Haec fere sunt sutrarum verba: Culpa nascitur a nidanâ, nidanâ vero exstinguitur illa. Temporibus igitur, quibus jam nondum dereliquimus laicorum genus, incidimus in multos errores. Cum autem nos ipsi careamus subsidio illius rei, utimur poenitentiâ, cum alioquin nequeamus evadere phaenomenis neque divelli ab iis. Universi igitur omnes hodie excitamus fortissimum animum, excitantes poenitentiae mentem. Nam fieri non potest, ut quis poenitentiae opes cogitatione assequatur. Quâ re scimus illud? Penes Adjâtas'atrum[157] regem erat culpa magnorum delictorum. Illum vero eorum puduit atque poenituit eorumque sese ipse accusavit itaque fuit, qui graves molestias leviter acciperet. Jam hac poenitentiae dharmâ efficitur, ut omnes ita viventes homines adipiscantur tranquillitatem et laetitiam. Nos igitur, si possumus nos ipsi adhortari, ut nervos contendamus, ut animum apertum patefacientes eo perveniamus, ut caput inclinemus humi utque poenitentes refugiamus ad omnes omniaque, ad quos et ad quae refugiendum est, denique sumus, qui bene speremus; ut autem cuiquam, si ea ita sint,

156) Ea, quae extrema dicuntur, quorum prima verba sint haec: ‚Quo autem loco‘, in eandem sententiam scripta sunt, in quam scripta est altera pars fol. 10 b, eorum, quae extrema dicuntur, extrema autem scripta sunt in eandem sententiam, in quam scripta sunt extrema verba fol. 17 a et prima verba fol. 17 b.

157) Vid. E. sub A.

non contigerit, ut Buddharum animos moveret, nondum fuit. Maleficia vero et fructus atque merces comparari possunt cum umbris et vocibus repercussis neque interest quidquam inter illa. Oportet igitur nos esse nullis difficultatibus perturbatos illa timentes. Cum molestia [i. e. impigre] vero pervenientes ad poenitentiam, unusquisque elato animo aequaliter et uno tempore quam studiosissime, toto corpore nos prosternimus humi idque cum animo reputantes et ore loquentes hujuscemodi verba facimus: Longo spatio interjecto petimus, ut Buddhae universi magis magisque misereantur nostri.

Petimus, ut nobis saluti sitis, qui cruciatibus afficiamur quique difficultatibus premamur. Magnâ clementiâ tegatis omnes; quoquoversus effundentes purum splendorem tollatis et disiciatis stultitiae tenebras; memores nostri omniumque, qui nunc obstricti sint molestiis orcorum, sed quibus perveniendum est in nostrum locum, nosque omnes adjuvantes efficiatis, ut adipiscamur tranquillitatem et laetitiam. Nos nunc caput inclinamus humi venerantes vos. Audientes nomina vestra saluti sitis nobis, qui difficultatibus premamur, nobis qui universi nunc refugimus ad patrem clementiae, qui est mediis in mundis.

[a] Ave Mâitrêya Buddha!

Ave Çakyamuni Buddha!

Ave adamantinus Buddha, qui non extingui possit!

Ave pretiosi splendoris Buddha! [Ratna prabhasa Buddha?]

Ave serpentium venerabilis rex vocatus Buddha!

Ave impigritatis exercitus Buddha! [Viryasenabuddha?]

Ave impigritatis et laetitiae Buddha! [Virya-Prîti-buddha?]

Ave pretiosi ignis Buddha! [Ratnâgni-Buddha?]

Ave pretiosi lunae splendoris Buddha! [Ratnachandraprabhasa-buddha?]

Ave Buddha te ipsum revelans eum, qui careat stultitiâ!

Ave pretiosae lunae Buddha! [Ratnachandra-Buddha?]

Ave Buddha, cui absit, quidquid non est purum! [Vimala-Buddha?]

---

a) Ante haec verba inserta sunt in B. verba haec: 此是三十五佛起: Hi sunt, quorum enumeratione coepti sint enumerari 35 Buddhae.

Ave Buddha divulsus a rebus, quaecumque non sunt purae! [Vimala-Buddha?]

Ave leonis signi[a] Bôdhisattva!

Ave leonem agens Bôdhisattva!

Ave Bôdhisattva infinito corpore!

Ave Avalokitesvarabodhisattva!

Jam denuo refugimus ad decem regionum vacui mundos complenes omnes omniaque, qui et quae sint e tribus pretiosis rebus. Nihil jam aliud facimus nisi precamur, ut illae certo eo perveniant, ut doleant nostras trium venenorum [i. e. e tribus venenis emanantes] molestias nosque adjuvantes efficiant, ut adipiscamur tranquillitatem et laetitiam utque assequamur, ut participes fiamus magnae Nirvanae, utque illae magnae clementiae aquâ maculas eluant atque deleant efficientes, ut assequamur bôdhim, utque nos denique simus puri homines, utque eorum, qui sint in sex viis, ii, qui sint quattuor nascendi condicionibus, penes quos quidem sint hae culpae, universi adipiscantur purgationem, utque ab iis conficiatur anuttara samyak sambodhi utque denique sint erepti e miseriis. Conjuncti igitur omnes elato animo aequaliter et uno tempore quam studiosissime toto corpore nos prosternimus humi atque cum animo reputamus et ore loquimur: Nos quidem per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem ignorantiâ depravamur, astringimur amoris delictis,[158][159] devincitur mens nostra irâ itaque incidimus in rete stultitiae tresque mundos perlustrantes sex viis ingressi altius atque altius incidimus in molestiarum oceanum, neque nos ipsi potuimus eripere ex illo neque scivimus, ea, quae ante acta sint, esse praeteritorum temporum nidanam[160] [i. e. a praeteritis temporibus illatam nidanam]; fortasse aut nobis ipsis vitam puram peremimus, aut aliis vitam puram peremimus,

158) Scilicet = trichnâ genitis.

159) Vid. annot. 194.

160) I. e. ea, quae ante acta sint (Samskâra), esse causam ignorantiae, quâ nunc laboramus, vid. nidanarum catenam in E. sub N. et E. sub S.

a) B. 幡.

aut nobis ipsis ademimus copiam sancte vivendi,[161] aut aliis ademimus copiam sancte vivendi, aut nobis ipsis pura praecepta sustulimus, aut aliis pura praecepta sustulimus. Ejusmodi culpae et mala sunt infinita, immensa. Hodie autem earum rerum nos pudet nosque poenitet nosque precamur, ut illae deleantur. Jam denuo nos summâ veritate toto corpore nos prosternimus humi atque petimus misericordiam peccatis nostris, quorum nos poeniteat. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem viximus corpore, ore, mente improbe gestis illis decem rebus.[162] Nos corpore interfecimus

161) Brahmacàryae vox quidem in E. non commemoratur, sed 梵 行 termini duae voces sunt sinice redditae duae partes sanscritae vocis ipsae.

162) Peccata hoc loco commemorata sunt eadem, quae in Hepburn sub juaku enumerantur, cum eorum, quae in E. sub Das'âkusala (十 惡) enumerantur, pauca eadem sint, atque hoc loco commemorantur, vid. E. sub Sikchâpada, eorum autem, quae in E. sub Dustcharitra 十 惡 enumerantur, illorum numero major sit numerus eorum, quae eadem sint atque haec; nam omnia eadem atque haec sunt exceptâ una voce; extremum enim in E. scepticism commemoratur, cum in Hepburn atque hoc loco stultitia commemoretur. Certe illud ab E. vere enumeratur, id quod probatur eis, quae inveniuntur in Childers, Pali dict. et in Williams Sanscrit dict. Sive potuit fieri, ut hoc pro illo substitutum sit et a buddhistis japonicis, quos Hepburn auctores secutus est, et cum ab aliis buddhistis, qui ejusmodi libros confecerint, tum ab eo, qui hunc librum composuerit, permutatâ per errorem 疑 voce vere memoriae traditâ, 癡 voce non vere proditâ idque ab iis factum sit recordantibus, quae peccata saepius commemorentur ab enumerantibus ea, quae sinice tria venena vocantur, vid. annot. 50, sive fieri potuit, ut alter terminus pro altero sit substitutus haud errore alterâ voce permutatâ alterâ. 疑 vocem autem vere memoriae traditam esse probatur eo, quod a Childers enumerante decem peccata sub Akusalakammapatho extremum micchaditthi false doctrine commemoratur eoque, quod a Williams sub duścaritāni (with Buddhists) the ten chief sins extremum heresy enumeratur. Oris peccatorum quidem in Childers et in Williams sola mendacium et contumelia eadem sunt atque hoc loco commemorata. Tamen fieri potest, ut 妄 言 reddatur lewdness voce sive frivolous talk vocibus, 兩 舌 sermo ambiguus intellegatur mendacium, cum eadem fere vis insit in his duabus vocibus, minime vero fieri potest, ut 綺 語 intellegatur calumny vel slander. Itaque rectius existimandum esse puto alias voces substitutas esse pro illis ab eis buddhistis, qui sinico sermone confecerint libros, qui sint de rebus buddhicis. Cetera vero peccata a Childers commemorata sunt eadem, quae a buddhistis sinicis sive japonicis enumerantur. A Williams quidem odii sive irae vox permutata est voce invidiae. Ego quidem duścaritanorum ordinem altero vetustiorem esse existimo, cum ei nondum inserta sint, quae proprie monachis praecipiantur, idque mihi eo

alios, furati sumus aliorum res, sumus scortati; erant oris mendacia, sermo tumidus et ambiguus, contumeliae verborum; mentis erat cupiditas, erat ira, erat stultitia. Et nos ipsi viximus improbe gestis illis decem rebus, et alios docuimus vivere illis decem rebus improbe gestis, et extulimus laudibus decem illas malas dharmas [惡 法 hoc loco idem est atque 非 法 fol. 25 b. i. e. quae non vere appellentur dharmae, leges veri rectique, quae sint, quibus jubeamur committere decem illa peccata, quae committere nos vetari intellegatur ex eis, quae supra commemorata sunt], et laudibus extulimus, si a quo decem illis malis dharmis sit victum. Tali modo a nobis sunt adlata, quo tempore illa recitari possint, maleficia quadraginta[163] generum quae commiserimus. Ejusmodi culpae sunt infinitae, immensae. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam denuo nos summâ veritate toto corpore nos prosternimus humi. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem nos dediti fuimus sex illis stirpibus,[164] nos viximus sex illis

probari videtur, quod plane eadem vis inest in 惡 sinicâ voce atque in akusala palicâ voce, etsi hujus vocis duae partes non redditae sunt termino sinico. S'ikchapadae vocem vero sinicâ voce reddituri buddhistae recordati sunt esse terminum idem fere significantem, cujus pars sit denarius numerus, qui saepius usurparetur, eoque imposuerunt idem nomen similibus rebus. Dus'caritanorum vox autem, quae invenitur in Williams et in Eitel, aliquanto post substituta est pro akusalae voce, cum in Childers duccarito nihil aliud sit nisi contaminatae Trividhae Dvarae: there are three d. or modes of sinning káyaduccaritam, vaciduccaritam, manoduccaritam, sins of deed, word and thought, vid. Ch. sub D.; hoc vero aliquanto ante significatum est illo, cum eo peccata generaliter definiantur. Ab Eitel autem palicus ille terminus sub Dus'tcharitra non commemoratus est, quamvis terminus sinicus, quibus ille redditus est, cum S'ikchapadam, tum significet Dus'tcharitra et quamvis ad hoc satis vere constet haec illo significari, cum mihi verisimile esse videatur ab illo sub S'ikchapada terminum sinicum, quo terminus palicus sit redditus, et ipsum esse redditum illo ipso Das'akusalae termino palico.

163) Nos enim et ipsi commisimus decem illa peccata et alios docuimus ea committere et extulimus laudibus decem illas malas dharmas et laudibus extulimus, si a quo malis dharmis victum sit illis decem.

164) Chaḍâyatana. Hujus vocis vim distinctam esse a vidjñânae vocis vi mihi verisimile esse videtur; illam enim vocem intellegendam esse corporis partes, quibus percipiatur, quidquid sensibus percipitur, hanc vocem autem sensus exi-

vidjñanis, nos cupide appetivimus sex illas pulveris atomos.[164] Oculis nos contulimus ad studium colorum, auribus nos contulimus ad studium sonorum, naribus nos contulimus ad studium odorum, linguâ nos contulimus ad studium saporum, corpore nos contulimus ad studium tenerarum et levium[165] rerum, mente nos contulimus ad studium dharmae[166] atomorum pulveris, itaque a nobis omnium generum actiones sunt susceptae, unde eo pervenimus, ut aperuerimus pulvere excitatarum molestiarum octoginta quattuor milia portarum.[167] Ejusmodi culpae et mala sunt infinita, immensa. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam denuo nos summâ veritate toto corpore nos prosternimus humi. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem non corpore, ore, mente viximus juste et aequabiliter [= ut aequum et bonum est]. Nam nos nihil aliud scivimus nisi nobis esse corpora, non scivimus et aliis esse corpora, nihil aliud scivimus nisi nobis esse miserias, non scivimus et aliis esse miserias, nihil aliud scivimus nisi nos petere tranquillitatem et laetitiam, non scivimus et alios petere tranquillitatem et laetitiam, nihil aliud scivimus nisi nos petere liberationem et ereptionem a miseriis, non scivimus et alios petere liberationem et ereptionem a miseriis, nihil aliud scivimus nisi nobis esse familiam, nobis esse propinquos, non scivimus et aliis esse familiam et aliis esse propinquos, nihil aliud scivimus nisi corpora nostra esse referta pru-

---

stimo. Illae sex pulveris atomi autem sunt nihil aliud nisi bahya ayatana, i. e. quaequae res sensibus percipiuntur, vid. E. sub Tchakchur et sub Vidjñâna.

165) Illi scilicet sese contulerunt praecipue ad studium pulchri coloris, soni dulcis, suavis odoris, etsi non ad studium nullius alius rei sese contulerunt nisi illarum.

166) Hoc loco = perception of character or kind, vid. E. sub Dh.; hoc loco dharmae voce significatur τὸ tale esse, vid. annot. 29.

167) Illud fere = omnes. Octoginta quattuor milium numerus est terminus proprius buddhici sermonis. Sunt, ut exempla afferam, 84.000 haud late patentium orcorum, complent homines supremis temporibus quattuor aetatum eorum temporum Kalparum minoris spatii, quibus magnitudo corporum humanorum magis magisque augeatur, 84.000 annorum, lacus odoratus, quo cingitur Sumeru vocatus mons, in latitudinem patet 84.000 yôjanarum, Sumeru mons ipse altus est 168.000 yôjanarum, quarum yôjanarum et 84.000 exstant ex aquâ, et 84.000 immersa sunt in lacum, vid. E. sub Naraka, Kalpa, Beal pag. 45; et vid. annot. 51.

rientibus ulceribus eaque nobis condolescere, ita, ut dolor non opprimi possit nequeatque perferri, acerbissime autem verberantes aliorum corpora nihil aliud fecimus[a] quam metuimus, ne non acerrimum esset miseriarum venenum. Nobis ipsis solis potuimus timere ipsorum[b] nostris corporibus captas parvas molestias neque vero potuimus timere, ne nobis omnium generum maleficia incipientibus, posteaquam e corpore animus excessisset, esset incidendum in orcos, medios in orcos incidendum, accipiendae vero essent molestiae omnes ad numerum. Quod autem non metuimus, ne Pretarum viae, ne bestiarum viae, ne asurarum viae, ne hominum viae, ne devarum viae sint molestiae omnium generum, nos, quod non justi atque aequabiles fuimus homines, hoc ob ipsum commodo nostro servientem animum illum excitavimus nosque consilia effecimus, nostra quae consilia essent odii ipsa; quâ re factum est, ut odium fuerit dignum poenâ eundi sex illis viis. Ejusmodi culpae vero sunt infinitae, immensae. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam denuo nos summâ veritate toto corpore nos prosternimus humi. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem pravus erat animus noster, erant prava nostra consilia, erant pravae nostrae opiniones, nos deflexImus a bonâ doctrinâ atque applicavimus nos ad malam doctrinam, nos adversati sumus octo veris illis viis[168]

168) As'thângamârga. 1. Samyakadrichṭi 正見 lit. correct views explained by 能見眞理 lit. ability to discern the truth (from error). 2. Samyaksam̃kalpa 正思惟 lit. correctness of thought and intent, explained by 無邪念 lit. absence of evil thoughts. 3. Samyagvâk 正語 lit. correct language, explained by 言無虛妄 lit. avoidance of idle tales and falsehoods. 4. Samyagâdjîva 正業 lit. a correct profession in life, explained by 乞食 lit. the profession of a religious mendicant. 5. Samyagvyâyâma 正精進 lit. correct energy (in pushing towards Nirvâṇa), explained by 修行無間 lit. uninterrupted practice of asceticism. 6. Samyaksamâdhi 正定 lit. correct abstraction (or tranquillity), explained by 一心眞空 lit. the whole mind correctly annihilated (indifferent). 7. Samyaksmriti 正念 lit. correct memory, explained by

a) B. 唯. *b)* B. 現 his praesentibus.

atque iniimus octo illas malas vias,[169] dharma a nobis appellata est non-dharma [dh. voce hoc loco non sola lex veri rectique significatur, sed intellegenda est illa vox numerus scriptorum optimorum, quibus disseratur de rebus buddhicis] atque non-dharma a nobis appellata est dharma, quod non honestum sit, a nobis appellatum est honestum atque, quod honestum sit, a nobis appellatum est, quod non sit honestum, nos vexillum proposuimus superbiae, nos vela pandimus stultitiae, nos cursum secuti sumus ignorantiae, itaque ingressi sumus nos in mare vitarum et mortium. Ejusmodi culpae et mala sunt infinita, immensa. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam denuo nos cum molestia eo pervenimus, ut toto corpore nos prosternamus humi. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem nos improbitatis illis tribus[170] stirpibus excitavimus quae quidem sint quattuor illae pravae res,[171] fecimus nos, ut, quae agerentur, essent quinque genera[172] repugnandi, viximus nos improbe gestis illis decem rebus viximusque acerrimis illis venenis tribus, alta sunt a nobis et quasi fota octo[173] illa genera miseriarum, gestae sunt a nobis res, quae sint causae[174] vivendi in omnibus, et octo gelidis,[175] et octo fervi-

---

專憶善法 lit. sedulous remembrance of the good law (once learned). 8. Samyak karmânta 正命 lit. correct life, explained by 專修淨法 lit. sedulous practice of the pure law, vid. E. sub Mârga.

169) Octo verarum viarum termini notio scilicet et octo malarum viarum termini notio altera alteri contraria est.

170) Quo termino significantur tria illa venena.

171) Tres modo res sunt commemoratae, quae essent pravae, vid. annot. 145.

172) A Doolittle sub 五逆 enumerantur: disobedient to heaven 天, earth 地, to the sovereign 君, to relatives 親, to ones teacher 師? Vid. annot. 145.

173) Vid. annot. 145.

174) I. e. admissa sunt a nobis peccata, quae causa mercedis (果) sunt, illorum ipsorum suppliciorum causa, quae apud inferos perferuntur.

175) Enumerantur hi: 1. Arbuda, so called because there the cold chops (arbuda) the skin of the culprits. 2. Nirarbuda, explained by 疱裂 lit. bursting blisters, where an ice-cold wind blisters the sk. of the c. 3. Aṭaṭa, the c. there can but utter this sound aṭaṭa their lips being frozen. 4. Hahava or Ababa, the c. .... Ababa, their tongues .. 5. Ahaha or Hahava, the cold is there so intense that the damned spirits cannot stir nor speak, but the cold air passing through their

dis,[176] orcis, gestae sunt a nobis res, quae sint causae vivendi in octoginta quattuor milibus[177] aenorum orcis, gestae sunt a nobis res, quae sint causae vivendi facie versâ in omnium bestiarum facies, gestae sunt a nobis res, quae sint causae vivendifacie versâ in omnium Pretarum facies, gestae sunt a nobis res, quae sint causae molestiarum omnium generum, trahantur ex aetate decrepitâ, e morbis, e morte ab eis, qui quidem quae versentur in vitis et hominum et devarum, ita, ut acceperimus versantes sex in illis viis infinitas miserias, id quod erat fructus vitarum superiorum, quae difficiles sint ad perferendum et ad perpetiendum et a quarum commemoratione aures abhorreant et, quas accipi ipse suis oculis nemo videre possit. Ejusmodi culpae et mala sunt infinita, immensa. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam denuo nos cum molestiâ eo pervenimus, ut toto corpore nos prosternamus humi, ut petamus misericordiam, ut peccatorum nos poeniteat. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem nos trium illorum venenorum stirpibus in iis, qui quidem sint in numero eorum, quorum sint tria

---

throats produces a sound like A. 6. Utpala or Nila U., explained by 青蓮花 lit. blue lotus flower, or by 黛花 lit. the dark (blue) flower . . . where the flesh of the c. bursts open in innumbrable places each resembling a tiny lotus bud about to unfold itself. 7. Padma, explained by 赤蓮花 lit. red lotus flower. The cold produces there «boils as red as the lotus buds». 8. Puṇḍarika, explained by 大蓮華 lit. great lotus, or by 白蓮華 lit. the white l., the extreme cold there lays bare the bones of the c. like buds of white lotus flowers.

176) Enumerantur hi: 1. Saṁdjîva 等活 or 更活 lit. resurrection, . . . so called because every criminal there is after death forthwith reborn in the second hell (Kâlasûtra). 2. K. 黑繩 lit. black chains . . . where the c. are loaded with heated chains. 3. Saṁghâta 衆合 lit. union of the assembly or 衆磕 lit. the clattering of the a . . . formed by 2 ranges of mountains which continually clapping together squeeze the c. into an unshapely mass. 4. Râurava 號叫 or 呼呼 or 叫喚 lit. crying. 5. Mahâr. 大 | | lit. great c. 6. Tapana 炎熱 lit. burning heat, or 燒炙獄 lit. the hell (where people) are roasted, or 燒然獄 lit. the hell of complete (destruction by) burning. 7. Pratâpana or Mahât. 大燒然獄 or 極熱 lit. extreme heat or 大 | |. 8. Avîtchi, vid. E. sub Naraka, Arbuda etc., Saṁdjîva etc.

177) Orci, qui vocantur Lòkântarika, vid. E. sub Naraka.

illa genera,[178] eos peragrantes, qui quidem sint in numero eorum, quorum sint viginti quinque illa genera,[179] contraximus quoque loco omnium generum culpas et mala. Nos secuti sumus cupiditates, quibus adducamur ad illas gerendas[180] neque nobis ipsis potuimus animo excubare,[181] ne illas sequeremur, sed fortasse impedivimus homines, ne tenerent praecepta,[182] ne illi samadhim colerent, ne illi sapientiâ uterentur, impedivimus hominum exercitationem omnium virtutum, impedivimus homines, ne colerent divinas omnes artes. Ejusmodi culparum difficultatibus aliis adlatis impeditur bôdhis animus, impedimento sumus bôdhis desideriis, impedimento sumus, quae vita sit ad bôdhis normam directa. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam denuo nos cum molestiâ eo pervenimus, ut toto corpore nos prosternamus humi. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem nos cupiditatum et irae animo excitantes[a] sex illas vidjñanas et sequentes sex illas bahyas ayatanas magnum contraximus numerum culparum, culpas multas. Et illas contraximus in regionibus omnium, qui quidem vivant, et illas contraximus in regionibus eorum, quaecumque sunt inanima, et illas contraximus in hominibus peccatis carentibus, et illas contraximus contra dharmas [dh. hoc loco = omnis res, quae pertinet ad cultum buddhicum], ad quas culpae non transferri possint. Sunt ejusmodi culpae et mala, quae contrahantur cupiditatibus et irâ. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam nos animo stultitiae[183] incepimus vivere pravis moribus, qui non vera docerent, eis nos fidem tribuimus, haereticas nos percepimus doctrinas, defixi sumus nos in dubitationibus, animum defiximus in eis, quibus dicatur esse illa perpe-

178) Trâilôkya = 三界, vid. E. sub T.
179) Vid. annot. 145.
180) I. e. Trividha Dvâra.
181) I. e. neque nobis ipsis erat bôdhi.
182) = S'îla.
183) Vid. annot. 50.

a) B. 構.

tua,[184] animum defiximus nos in eis, quibus dicatur esse quemque ipsum, nos defiximus animum in eis, quae oculis videri possint. Quo factum est, ut nos sequentes eas res, quibus vivatur stultitiâ, contraheremus culpas, quae sint infinitae. Ejusmodi nidanâ impeditur bôdhis animus, impedimento sumus bôdhis desideriis, impedimento sumus, quae vita sit ad bôdhis normam directa. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam denuo nos summâ veritate toto corpore nos prosternimus humi. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem corpore sunt tres illae res a nobis improbe gestae, ore sunt quattuor illae res improbe gestae, mente sunt tres illae res improbe gestae, nostra gerentium res erant, quae peccata essent in terrâ per omne illud tempus, quo ignorantia vigebat, cui tempori non fuit initium, erant peccata, quorum numerus sit major numero granorum arenae, quae inveniuntur in Gange flumine,[185] erant peccatorum plus quam decem trilliones, erant peccatorum plus quam, ut omnia ea perspicue cerni possint,[186]

184) I. e. in eis, quae non verae opiniones sint, quibus credatur phaenomena esse perpetua.

185) Videas, quae de eadem re dicuntur in libro, qui inscribitur: Avalokiteçvara-Sutra, Traduction italienne par Carlo Puini, Extrait de l'Atsume-gusa pag. 6, annot. A: Si noti che l' espressione 恒 河 沙 la sabbia del Gange è adoperata per indicare la cifra di 10,806 bilioni, in manciù ganggi. Hac ratione recitandi numeros, quâ fit, ut pro notis numerorum substituantur nomina rerum, quibus certus numerus significetur, cum Indi, tum buddhistae tibetani, qui ipsi eâ uti ab illis didicerunt, saepius utuntur; videas, quae de eadem re dicuntur in libro, qui inscribitur: A Grammar of the Tibetan Language by Alexander Csoma de Körös, pag. 155: In this and indeed in all works of science, symbolical names (grangs brda numerical signs) are used instead of numerals, for arithmetical and astronomical calculations. As for instance: + lag (manus), for + 2; me (ignis), for 3; × chu (aqua), for × 4; ÷ so (dens), for ÷ 32. This mode of expressing numbers is evidently an exact imitation of the Indian system. Infra enumerantur a K. nonnulla nomina rerum, quibus certus numerus significetur, quae substituantur pro notis numerorum 1—16, 18, 24, 25, 27, 32, 0, et enumerantur quidem et, quae voces tibetanae pro eisdem illis notis numerorum, et, quae pro eisdem illis notis numerorum substituuntur voces sanscritae.

186) Hoc loco mihi quidem non neglegenti ea, quae modo commemorata sunt, videtur esse gradatio ipsa 正 voce intellectâ decem trillionibus, vid. Williams sub 正: used by the Buddhists for ten trillions, sed si 觀 vox intellegeretur

quattuor erant generum, quae peccata essent in terrâ,[187] erant tria venena, erant quattuor genera rerum cupide appetitarum,[188] erant quinque illa genera integumentorum,[189] erant sex illae cupiditates,[190] erant septem illa peccata,[191] erant octo illae res, quae sint impurae,[192] erant novem illa genera vinculorum,[193] erant decem illa delicta.[194] Ejusmodi omnium generum peccatis nobis ipsis allatae diffi-

---

multa, hoc loco esset summissio. At 止 et 觀 voces intellegi quidem possunt 正觀 «cessation and seeing clearly, or meditation and knowledge» (vid. Bunyiu Nanjio, num. 1538) termini partes duae, quae sint singulae commemoratae, quibus sunt redditae samatha et vipas'yanâ sanscritae voces. Quod si illae intellegerentur eae, hic locus haberet hanc vim ab illis peccatorum plus admissa esse, quam ut quis eo tempore, quo animus ab omni sensu velut alienatus sit, ea recordari possit. Atqui alii nulli sunt nisi Buddhae et Bôdhisattvae, qui sciant de omnibus peccatis, vid., quae de eadem re dicuntur in foll. 19 b et 20 a, 28 a et b.; samatha et vipas'yanâ autem condicioni arhatis, quae quidem intellegatur: to be succeded by — Nirvâṇa, vid. E. sub A. ea, quae priora commemorantur, sunt attributa, vid. Childers sub samatho; ergo, si arbitraremur vocibus sinicis illis esse redditas voces sanscritas has, haec discreparent cum eis, quae modo commemorata sunt, vid. E. sub Bôdhisattva: all who are candidates — Nirvâṇa. Hoc loco igitur 止 ille numerus intellegendus est et 觀, quâ voce et ipsâ significatur tempus illud, quo animus ab omni sensu velut alienatus sit, significatur Dhyana, vid. E. sub D., haec vox intellegenda est, quâ re insuper fit, ut non sint duae partes singulae positae illius termini, cui quidem vis subjecta sit una et simplex.

187) Vid. annot. 145.

188) Vid. annot. 145.

189) Si quis intueatur mores (Morrison!), vid. annot. 145.

190) Vid. annot. 145.

191) Seven passions 七情: joy, anger, sorrow, fear, love, hatred and desire 喜、怒、哀、懼、愛惡、欲?? sive ea, quae sub seven joys 七樂 non commemorantur quidem, sed quae intellegenda sunt illa? vid. Doolittle; vid. annot. 145.

192) Vid. annot. 145.

193) Vid. annot. 145.

194) Ego quidem existimo dus'caritanos rectissime 10 delicta interpretanda esse cum 五鈍使 5 dull messengers intellegantur Pañtcha klês'a, quae quidem sint illorum partes, si discesseris et a 慢 voce illis additâ et a voce stultitiae, quae quidem illis addita sit ab eis, qui recordarentur tria illa venena, quae saepius a buddhistis sinicis enumerentur, vid. E. sub P. K. At et Si'kchapadae quidem intellegi possunt illa, si 使 vocem intellegas sanscritae illius vocis primae syllabae sonum notatum voce sinicâ; sed, cum nullâ re significetur monachos esse,

cultates sunt infinitae, immensae. Illis impeditur bôdhis animus, impedimento sumus bôdhis desideriis, impedimento sumus, quae vita sit ad bôdhis normam directa. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam denuo nos summâ veritate toto corpore nos prosternimus humi. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem nos non potuimus exercere misericordiae animum, et nos non potuimus exercere laetitiae animum, et non potuimus animum exercere, quo animo velut alienato ab omni sensu quis non utatur mentis facultatibus, Dâna[195]-Pâramitâm, S'ilâ-Pâramitâm, Kchânti-Pâramitâm, Vîrya-Pâramitâm, Dhyâna-Pâramitâm, Pradjñâ-Pâramitâm nos non potuimus exercere neque potuimus exercere omnes Bôdhi-Pakchika-Dharmas.[196] Eo vero, quod non est, ut nobis opes (upâyae) sint, quodque non est, ut sapientia nostra sit, impeditur bôdhis animus, impedimento sumus bôdhis desideriis, impedimento sumus, quae vita sit ad bôdhis normam directa. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam denuo etiam atque etiam nos eo pervenimus, ut toto corpore nos prosternamus humi. Quid? jam per omne illud tempus, cui tempori non fuit initium, usque ad hunc diem nos, cum rota versaretur tribus in illis mundis, sex illis viis incedentes et ingredientes, corpora, quae quidem nanciscantur, qui sint quattuor nascendi condicionibus, modo virilia, modo muliebria, nacti, quae sint nec virilia nec muliebria, omnibus locis contraximus culpas, quae sint infinitae; sive eramus in numero omnium, quibus quidem corpora sint magna,

---

qui moneantur his adhortationibus poenitentiae, verbis ipsis autem, quibus moneatur, probetur esse conventum buddhistarum, qui non sint monachi, qui moneantur, existimo illa rectius interpretanda esse dus'caritanos.

195) Pâramitae enumerantur hae sex: 1. charity, 2. morality, 3. patience, 4. energy, 5. tranquillity of contemplation, 6. wisdom, vid. E. sub P. Sanscritae illae voces redditae vocibus sinicis commemorantur in huius libri fol. 12 a (1—4) et 17 b (5 et 6), cum hoc loco sanscritae voces ipsae commemorentur. Sex his pâramitis saepius adduntur quattuor, quae quidem sint: 7. Upâya, 8. Djñana science, 9. Praṇidhana pious vows, 10. Bala force of purpose, quae omnes singulae commemorantur in hoc libro, vid. E. ibidem.

196) 三十七助道品 lit. 37 conditions accessory to (in aid of) the state of Bôdhi, vid. E. sub B. P. D.

alii alios devoravimus et voravimus, sive eramus in numero omnium, quibus quidem corpora sint tenuia, alii alios devoravimus et voravimus. Ejusmodi res, quibus a nobis gestis alii interficiantur, sunt infinitae, immensae. Eis impeditur bôdhis animus, impedimento sumus bôdhis desideriis, impedimento sumus, quae vita sit ad bôdhis normam directa. Hodie autem nos poenitet peccatorum nosque precamur, ut ea deleantur. Jam denuo nos summâ veritate toto corpore nos prosternimus humi. Quae per omne illud tempus, quo infuerit in vidjñânis vis pubescendi, usque ad hunc diem a nobis mediis sex in illis viis versantibus corpora, quae quidem nanciscantur, qui sint quattuor nascendi condicionibus, nactis in iis, qui quidem in illorum numero sint, culpae et mala sunt contracta, eorum numerus exhauriri non potest. Ejusmodi culpas, qui sciant de omnibus quique videant omnes, nulli alii sunt nisi decem regionum Buddhae omnes magnique terrarum Bôdhisattvae, quippe qui, Buddhae et Bôddhisattvae, omnium, de quibus sciant videantque, suppliciorum sint metientes, quantum sit subeundum nobis omnibus his. Hodie vero elato animo nos caput inclinamus humi, petentes misericordiam. Pudet nos poenitetque peccatorum. Precamur, ut, quae a nobis peccata sint, haec omnia eximantur[a] et evellantur utque, quae jam non peccata sint a nobis, non audeamus denuo facere. Oculos tollentes precamur, ut decem regionum Buddhae omnes magnae clementiae animo excipiamus nos, quos hodie poeniteat peccatorum, utque magnae clementiae aquâ eluant atque deleant omnes culpas nostras et maculas, quibus conceptis fieri possit, ut impediamur a bôdhi, efficientes, ut attingamus Bôdhimaṇḍam utque nos denique simus puri homines. Jam precamur, ut decem regionum Buddharum omnium opibus, quarum vis fingi non potest, opibus principalium desideriorum, quibus optatis quidem fides astricta sit jurejurando, opibus, quibus traiciuntur omnes trans mare transmigrationum et eripiuntur e miseriis, opibus, quibus omnes teguntur et custodiuntur, efficiatur, ut nos hodie jurejurando interposito excitemus bôdhis animum, utque ab his temporibus usque ad illud tempus,

a) B. 銷.

quo sedeamus in Bôdhimaṇḍâ, denique perficiamus, ut simus firmi [in eo, quo sint omnia bene vivendi recteque faciendi consilia referenda], ne vero nos denuo desistamus incepto condicionesque vitae nostrae mutemus,[197] ut autem, quaequae nobis ipsis precamur jurejurando interposito, adaequent, quae fiant a Bôdhisattvis vota jurejurando interposito. Oculos tollentes precamur, ut decem regionum Buddhae omnes magnique terrarum Bôdhisattvae clementiae animo nos magis magisque cum pace excipiamus efficientes, ut nos adipiscamur, quae adaequent, quae precamur, impetrantes illud, quod bôdhipreces emittentes precamur, utque omnes, qui quidem sint, unusquisque juste plane impetrent illud, quod bôdhis-preces emittentes omnes precantur.

[a] Poenitentiae adhortationum, quibus ducamur in Bôdhimaṇḍam clementiâ auctore, voluminis primi, quod sit extremum.

[b] Laudatio.

Nos refugimus ad tres res pretiosas, quibus amputentur dubitationum stirpes, quibus repellantur animi impetus atque frangatur Manas, quibus introducamur in arcanam portam fidei habitae Buddhis etc. Causae atque fructus eadem enim sunt. Poenitentiae vero a nobis conceptae virtutes sunt summae. Buddhae igitur conjuncti omnes profunditote vestram in nos gratiam!

[c] Ave laetitiae terrarum Bôddhisattva!

Jam haec insequuntur 音釋 et introductionis illius,[d] id quod a me commemoratum est in exordii parte secundâ, et hujus libri ipsius,[e] id quod saepius a me est commemoratum in annotationibus.

---

197) 不退轉 = Avâivartika one who does not turn back, i. e. going straight to Nirvâṇa. An epithet of every Buddha, vid. E. sub A.

a) Ante haec verba inserta sunt in B. verba haec: 禮佛三進計四十三拜: A venerantibus Buddhas fiunt tribus intervallis adorantibus corporis inclinationes, quarum numerus est quadraginta trium. *b)* Haec vox vacat in B. *c)* Hic terminus vacat in B. *d)* Hic 音釋 vacat in B. ut supra commemoratum est. *e)* Major est numerus vocum, quae hoc 音釋 explicentur quam earum, quae explicentur 音釋 in B., quo quidem vox sola uniuscujusque verbi explicetur.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1. Quia doctrinae buddhicae elementa inveniuntur in libris brahmanicis posterioribus aetatibus confectis, illius doctrinae systema autem perfectum invenitur a temporibus posterioribus aetatibus florentium clarissimorum doctrinam buddhicam tradentium virorum: Açvaghosha, Nâgârjuna, Âryadeva, Asaṁga, Vasubandhu, eam ob rem Gautamae doctrina aestimanda est nulla alia res nisi pars evolutionis doctrinae buddhicae ideoque haec appellanda est buddhismus non ob eam rem, quod ille saepissime appellatur Buddha κατ' ἐξοχὴν.

2. Nirvâṇam buddhistae sinici non credunt esse uniuscuiusque ipsius extinctionem absolutam.

3. Leges grammaticae, quae pertineant ad ordinem verborum sententiarum sinicarum, saepissime non valent ad sententias a buddhistis sinico sermone confectas.

VITA.

Natus sum Alfredus Rudolphus Franz a. d. VII Kalendas Januarias a. 1867 in oppidulo Oschatz regni Saxonici, patre Carolo, matre Augusta e gente Naumann, quos mortuos jam lugeo. Fidem profiteor evangelicam. Primis literarum rudimentis imbutus per septem annos Lipsiae gymnasium frequentavi Thomasschule appellatum, ubi in discipulorum numerum vere a. 1880 receptus maturitatis testimonium vere a. 1887 sum assecutus. Jam postquam eadem in urbe stipendia facere coepi, cum e renibus laborarem, autem exauctoratus sum, ibidem per sex menses linguarum orientalium studio operam navavi. Docuerunt autem me vv. dd. Friedrich Delitzsch, Windisch, G. v. d. Gabelentz †, Lindner, Hermann, Koenig. Unde vere a. 1888 ad Almam Matrem Berolinensem transmigravi. Ubi per quinque annos scholas adii virorum clarissimorum Grube, Schrader, Paulsen, G. v. d. Gabelentz †, Weber, Dilthey, Franke, Huth, quibus omnibus gratias ago quam maximas semperque gratissimam servabo memoriam. Seminarii usui eorum, qui vacent studio linguarum orientalium, quae quidem his temporibus floreant, destinati lectionibus interfui et sinicis et japonicis per sex semestria. Per idem fere tempus sodalis fui 和獨會 sive «Deutsch-Japanischer Verein» appellatae societatis, cujus societatis sodales alteri i. e. Germani coeunt bis mense ad colloquendum cum sodalibus alteris i. e. Japonis sermone Japonico solo admisso. A. 1889 congressu virorum doctissimorum literis orientalibus vacantium habito interfui disputationibus et colloquiis virorum peritissimorum literarum incolarum Asiae orientalis.